

CCXLI.

Abrogata veteri methodo electionis Ministri Provincialis Provinciae Francicae, seu Parisiensis, Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum, nova, pro electionibus futuris, methodus statuitur, approbatur, et observari mandatur.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

DaL die 29 Julii  
1760. Ann. IV.

Recensentur incomoda derivantia ex vigenti methodo habendi Discretos, seu Socios Guardianorum in Comitibus pro electione Provincialis Provinciae Francicae, seu Parisiensis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt, dilecti Filii Diffinitorium Provinciae, caeterique Professores Provinciae Parisiensis, seu Francicae, Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, quod ipsi experientia compertum habent, quod ex consuetudine, quae in ipsa Provincia viget, eligendi ex omnibus illius Conventibus unum Discretum, seu Socium, qui una cum Guardiano ad Capitulum Provinciale pro electione novi Ministri Provincialis, Diffinitorum, aliorumque Officialium juxta Regularia Provinciae praedictae instituta, de triennio in triennium in Conventu dicti Ordinis Civitatis Parisiensis nuncupato *il Convento della Strada di S. Onorato di Parigi* ad effectum sua suffragia ferendi accedere solent, magna damna, et incommoda proveniunt, quippe quia tempore celebrationis dicti Capituli Provincialis, ipsa Provincia coacta remanet ad educendos duos Professores ex quolibet Conventu, in quibus et majori eorum in parte, sex dumtaxat Fratres in Sacro Presbyteratus Ordine constitui reperiuntur; quapropter si duo ex ita parvo numero in sacro Presbyteratus Ordine constituti detrahantur, Conventus praedicti in eo statu consequenter remanent, ut tempore celebrationis Capituli Provincialis hujusmodi Communitates, et Conventus praedicti incolis, habitatoribusque locorum in quibus Conventus praedicti fundati existunt, spirituales curas, in quibus ipsi habitatores spem habent, exhibere nequeunt, ac insuper consuetudo hujusmodi duplum majusque incomodum afferre solet non solum beneficis, seu beneficientibus dicti Ordinis, verum etiam illius Conventibus intermediis, qui Guardianum, et Discretum praedictos recipere debent, ac multo magis eidem Conventui Parisiensi, qui loco quadraginta duorum Vocalium gravatus

remanent octuaginta quatuor, et id si semper fuit grave, de praesenti vero propter imminutionem elemosynarum attentis praesentium temporum calamitatibus magis magisque in angustiis vexatur. Ac propterea exponentes praedicti ad tollenda damna, et incommoda, quae ipsa Provincia ex eorumdem Discretorum, seu Sociorum electione experitur, usum, et consuetudinem eligendi Discretos, seu Socios praefatos in eadem Provincia abrogari summopere desiderant, prout alias in aliis dicti Ordinis Provinciis ab hac Sancta Sede abrogatum fuisse memoratur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, usum, et consuetudinem in Provincia Francicae, seu Parisiensis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum vigentem eligendi Discretos, seu Socios ad Capitula Provincialia celebranda cum voce, seu suffragio, auctoritate Apostolica tenore praesentium, annullamus, cassamus, abrogamus, et abolemus. Praeterea auctoritate, et tenore praedictis volumus, praecipimus, statuimus, et mandamus, ut sublatis Discretis, seu Sociis praefatis ad Capitula Provincialia in ipsa Provincia Francicae, seu Parisiensis pro tempore habenda Minister Provincialis, Diffinitores Provinciales, Custodes, et Guardiani actuales, nec non omnes, et singuli Ex-Provinciales, ex-Definitores loco Discretorum subrogatorum hujusmodi tamquam vocales cum voce, et voto accedere debeant, et teneantur, et concurrant.

§. 3. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et

Sublatis Discretorum suffragiis in electione Ministri Provincialis Provinciae Francicae, nova pro electione praedicta methodus subrogatur in posterum observanda.

Clausula sublata, delectum irritans,

definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, et Provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem Literarum transcriptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima nona Julii millesimo, septingentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat. die 30 Jul.  
1761. Anno IV.

CCXLII.

Confirmatio Landi seu Compromissi inter Episcopum, et Canonicos Cathedralis Ecclesiæ Saguntinæ, quo controversiæ cunctæ jurisdictionales inter partes conciliantur, et definiuntur.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Hispaniarum  
Rex Catholicus  
ad controversias  
inter Episcopum,  
et Canonicos  
conciliandas, Com-

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt Venerabilis Frater Franciscus Episcopus Seguntinus, ac dilecti Filii Capitulum, et Canonici Cathedralis Ecclesiæ Seguntinæ quod cum alias Cla-

Me: Ferdinandus dum vixit, Hispaniarum Rex Catholicus certior factus esset, inter dictum Franciscum Episcopum ex una, et Capitulum, et Canonicos hujusmodi ex altera partibus nonnullas controversias, et dissentiones super prærogativis, et jurisdictionibus ortas esse, et vigere, ad illas dirimendas, componendasque, quo expensæ evitentur, in animam ambarum partium inducere curavit, ut sibimetipsi Ferdinando Regi gratum, acceptumque foret, si exponentes præfati, e medio sublatis forensibus tricis, irreptas dissentiones, et controversias personis Ecclesiasticis, ac in dignitate Ecclesiastica constitutis compromitterent, quæ ipsas contentiones, et controversias sine strepitu, et figura Judicii amicabiliter componerent, dirimerent, ac deciderent.

promissarios  
Ecclesiasticos  
viros adhiben-  
dos fore inaj-  
nuavit.

§. 2. Ipsi exponentes, habita de præmissis notitia, studiis, et voluntati ejusdem Ferdinandi Regis obsequentes unanimi consensu, peractis prius respective procuratoriis literis, ac concordatis dubiis, Venerabilem itidem Fratrem Romualdum Episcopum Abulensem, tunc Thesaurarium, et Canonicum Metropolitanæ Ecclesiæ Toletanæ, ac dilectum pariter filium Andream de Zerezo, et Nieuva Commissarium Generalem Cruciatæ in arbitros, seu Compromissarios elegerunt, qui mature perpensis dubiis, ac rationibus hinc inde deductis nempe.

Regiæ voluntati obsequentes partes, ad Compromissariorum electionem, dubiorumque concordationem devenere

» Dubium I. Pretendit primum  
» Episcopus, curam Animarum Ecclesiæ Parochialis Sancti Petri esse, et  
» residere tam actu, quam habitu, in  
» majori Cappellano, cum iste sit verus, et præcipuus Parochus cum jurisdictione ordinaria, quam recipit ex  
» institutione Canonica, quæ, prævio  
» examine, et ad formam Pianæ Constitutionis eidem confertur ab Episcopo una cum hac dignitate majoris Cappellani, cui non solum est  
» adnexa, et conjuncta, sed etiam radicatus innixa omnimoda cura ejusdem Parochiæ, quemadmodum constat ex fundatione hujusmodi Cappellanæ, hujusque erectione in dignitatem, et declaratur etiam præcipua lege statutaria, qua explicantur onera, munus, et Ministeria ejusdem, quæ ad curam Animarum spectant, Capitulum autem Sanctæ hujus  
» Ecclesiæ nullum habere jus ad curam animarum, neque radicale, neque remotum, eo, quod acta illa, quæ exercuit, sunt æquivoca, et destituta quacumque proprietate, quia

Tenor dubiorum a Compromissariis definiturorum

» Decimæ, aliaque emolumenta hujus  
 » generis ab eodem Capitulo percipiun-  
 » tur titulo. prorsus extraneo ab jure  
 » Parochiali, velut ex donatione, aut  
 » concessione Episcoporum, absque  
 » eo, quod ipsi faveat titulus aliquis  
 » unionis, adnexionis, electionis, aut  
 » incorporationis juris Parochialis ad  
 » Ecclesiam Cathedralē, nec ipsi fa-  
 » veat exercitium ad curam animarum  
 » totius corporis Capituli, aut alicujus  
 » ipsius individui ejusdem nomine, et re-  
 » præsentatione, cum hujusmodi Ani-  
 » marum cura semper fuerit propria,  
 » et adfixa in Majori Cappellano tam  
 » ante, quam post ejus erectionem,  
 » seu elevationem ad dignitatem, et  
 » Membrum Capituli = Responsio. Ca-  
 » pituli = Capitulum negat tamquam  
 » contraria juribus sibi debitis illa suppo-  
 » sita, et asserta, quæ sibi opponuntur ab  
 » Episcopo in præmisso dubio, atque  
 » intendit, unicam, et solam Ecclesiam  
 » Parochialem hujus Civitatis esse, et  
 » fuisse Ecclesiam Cathedralē ex ipsius  
 » origine, et Sacellum Sancti Petri lo-  
 » cum esse postremo ab eodem Capi-  
 » tulo propria voluntate designatum ad  
 » commodiorem usum functionum Pa-  
 » rochialium: Capitulum esse proprium  
 » Parochum, a quo exercitæ fuerunt  
 » principales, et præminentiores  
 » functiones, quæ non repugnant cor-  
 » pori Capitulari: Cappellanus vero  
 » major est solus administer, cujus  
 » oneri injunctum est exercitium cu-  
 » ræ Animarum, nomine ipsius Capi-  
 » tuli cum debita, et respectiva subor-  
 » dinatione: ideoque utriusque relatio-  
 » nis virtute, Capitulum potuit retinere,  
 » et collocare in suo Archivio ad ma-  
 » jorem securitatem Libros Parochiales  
 » jam completos, et solum relinque-  
 » re Cappellano Majori, suisque Lo-  
 » cumtenentibus Libros Annuales ad  
 » rationes, sive partitas describendas  
 » cum facultate utendi Libris jam in  
 » Archivio repositis in casibus neces-  
 » sariis. Hæc omnia cum exequuta fue-  
 » rint per Capitulum, locum habere  
 » non debuit restitutio spolij cum cen-  
 » suris.

» Dubium II. Item præterdit Epi-  
 » scopus, quod Locumtenentes Cappel-  
 » lani Majoris, qui ad facilius exercen-  
 » dam curam Animarum, et assiduam  
 » administrationem Parochiæ S. Petri  
 » ab eodem eliguntur, debeant in fu-  
 » turum permanere eodem modo, et  
 » forma, qua nunc existunt, et gene-  
 » raliter receptum est in sua Diocesi,  
 » idest, quod Cappellanus Major no-

» minare debeat, et suo arbitrio eli-  
 » gere illos Locumtenentes, quos sibi  
 » necesarios esse intellexerit absque  
 » interventu Episcopalis dignitatis, ita  
 » tamen, quod per solam nominatio-  
 » nem, et electionem curam Ani-  
 » marum exercere non valeant, etiam  
 » si ad Confessiones audiendas appro-  
 » bati fuerint, nisi primum Episcopus  
 » eorum sufficientiam probaverit, et  
 » qualitates personarum perspexerit,  
 » quas si ad hujusmodi Ministerium  
 » aptas invenerit, licentiam, et ap-  
 » probationem concedet = Responsio  
 » Capituli = Capitulum præterdit, quod  
 » tertius Locumtenens, et Sacrista Ec-  
 » clesiæ Parochialis, quos Episcopus  
 » eligit cum emolumentis contra ejus-  
 » dem Capituli voluntatem, subsistere  
 » non debeant: et si aliquando aliqua  
 » ex causa contigerit, ut eos augere  
 » necesse sit, et in casibus dimissionis,  
 » obitus, insufficientiæ, aut aliis si-  
 » milibus, ad Capitulum, sive Majo-  
 » rem Cappellanium, ipsius nomine, eo-  
 » rum pertineat electio, cujus virtute,  
 » et absque titulo in scriptis ad præ-  
 » sentationem necessario, et absque eo,  
 » quod Episcopus illos approbet, que-  
 » madmodum usque adhuc observatum  
 » fuit, inservire possint ipsius Capitu-  
 » li Ministri, qui habeant, aut habe-  
 » re curent necessarias facultates ad  
 » Confessiones audiendas, sicuti gene-  
 » raliter observatur, et usque in præ-  
 » sens servatum semper fuit.

» Dubium III. Item præterdit  
 » Episcopus, quod Cappellanus Major,  
 » si facultates suas alicui delegaverit,  
 » casu, quo absens fuerit, aut ratione  
 » alicujus impedimenti præsentis suæ  
 » personalis in Ecclesia Parochiali, cum  
 » hujus generis delegatio, quemadmo-  
 » dum usque adhuc factum fuit, sit  
 » universalis, ad effectum, ut delega-  
 » tus zelum habere valeat super Lo-  
 » cumtenentes, et Parochiam, et pos-  
 » sit omnia Sacramenta administrare,  
 » quo fuit, ut hujus delegationis vir-  
 » tute substitutus Delegatus omnes vi-  
 » ces habeat majoris Cappellani, ille,  
 » qui sic Delegatus fuerit, præsentare  
 » se debeat cum delegatione, seu de-  
 » signatione in scriptis a Majori Cap-  
 » pellano confecta, ut Episcopus illam  
 » agnoscat, et cum de ipsius Delegati  
 » qualitatibus sibi constiterit, approba-  
 » tionem, et licentiam concedat ad exer-  
 » citium delegationis adimplendum, eo  
 » quod hoc proprium sit Spiritualis Po-  
 » testatis Episcopi, eo fortioris rationis  
 » fundamento, quo ampliores sunt fa-

„ facultates hujus Substituti, quam ille  
 „ sunt facultates, quas habeat Locum-  
 „ tenentes. Insuper intendit, quod hujus-  
 „ modi delegatio fieri debeat a Cap-  
 „ pellano Majori tantummodo, veluti  
 „ proprio Parocho, non autem a Ca-  
 „ pitulo, in quo facultates non resi-  
 „ dent delegandi, eo quod careat qua-  
 „ cumque relatione, sive conceptu Pa-  
 „ rochi = Responsio Capituli = Capitu-  
 „ lum contendit, quod Cappellanus  
 „ Major delegare possit quemcumque  
 „ ad particulares actus, exceptis iis,  
 „ qui ad Forum penitentialem perti-  
 „ nent, et casu quo Major Cappellanus  
 „ absens sit, remanere debeat cura, et  
 „ gubernium Parochiæ in persona ali-  
 „ qua Capitulari, quæ approbata fue-  
 „ rit ad Confessiones audiendas, absque  
 „ eo, quod necessitatem habeat alte-  
 „ rius licentiæ ad exercitium, præter-  
 „ quam ipsius Capituli. Uterius, quod  
 „ si Cappellanus major impeditus fue-  
 „ rit, aut ob censuras, sive aliud Ca-  
 „ nonicum impedimentum, ad Capi-  
 „ tulum spectet, aliquam personam de-  
 „ signare cum respectivis qualitatibus,  
 „ eo modo, et forma, quo inconcus-  
 „ se egit in similibus circumstantiis,  
 „ et ex consequenti nullum debuit im-  
 „ pedimentum opponi Doctori Franci-  
 „ sco Quierez Canonico, et Cathedra-  
 „ tico Vespertino Sacræ Theologiæ, ne  
 „ S. Rocchi novenam perageret, et pro-  
 „ cessionem in primis ipsius Vesperis,  
 „ quam annuatim Civitas solet celebra-  
 „ re, quamque eidem commendave-  
 „ rat; neque præcipere Doctori Bal-  
 „ thassari de Justa Canonico Pœnitenti-  
 „ tiario, ut se abstineret ab exercitio  
 „ functionum Parochialium, quæ si-  
 „ bi injunctæ fuerant dum Cappella-  
 „ nus Major absens erat, minusque  
 „ huic prohiberi debeat cum excom-  
 „ municatione latæ Sententiæ delegatio  
 „ suarum facultatum absque permis-  
 „ sione, licentiâ, et approbatione Epi-  
 „ scopi; neque etiam impedimentum  
 „ apponere sub eadem pœna, ne Pa-  
 „ rochiam regeret, et administraret,  
 „ Doctori Francisco Xaverio Canonico,  
 „ et Cathedratico Matutino, ad hujus-  
 „ modi effectum electo per Capitulum,  
 „ eo quod Cappellanus Major censoris  
 „ innodatus reperiebatur.

„ Dubium IV. Prætendit Episco-  
 „ pus, quod in qualibet personâ, in qua  
 „ residere existimetur cura animarum Pa-  
 „ rochiæ hujus Civitatis, sive in Cappel-  
 „ lano Majori, quemadmodum vere resi-  
 „ det, sive in Capitulo, ut præten-  
 „ dit, esse  
 „ debeat absolute, et immediate subor-

„ dinata Potestati Spirituali, quæ residet  
 „ in Episcopo, non autem in Capitu-  
 „ lo, a quo emanare non potest ea-  
 „ dem Spirituality potestas ad hujus  
 „ exercitium in Locumtenentibus, ne-  
 „ que Delegatis, cum intelligatur, quod  
 „ ejus generalis superioritas locum ha-  
 „ beat ad omnes actus, et facultates  
 „ quocumque tempore ad quascumque  
 „ que personas, in quibusvis casibus,  
 „ et rebus, quæ ad majorem Dei cul-  
 „ tum, spirituale bonum, et curam  
 „ Animarum pertinent = Responsio Ca-  
 „ pituli = Capitulum præten-  
 „ dit, quod  
 „ absque ullo præjudicio superioritatis,  
 „ et generalis curæ, quæ pertinent Epi-  
 „ scopo, sibi spectet tamquam proprio  
 „ Parocho immediata administratio,  
 „ sive intendentiâ Parochiæ in toto eo,  
 „ quod spectat ad majorem directio-  
 „ nem, et gubernium ejusdem, zelum,  
 „ et dispositionem, et ad magis ex-  
 „ actum implementum functionum Pa-  
 „ rochialium, administrationem Sacra-  
 „ mentorum, ad pasculum Spirituale,  
 „ et cætera, quæ ad curam Anima-  
 „ marum pertinent suorum Parochia-  
 „ norum, et ad totum id, quod pos-  
 „ sunt, atque debent agere, curare,  
 „ et zelum habere omnes Parochi in  
 „ suis respectivis, et propriis Ecclesia-  
 „ sticis Parochialibus.

„ Dubium V. Item Episcopus  
 „ intendit, quod in perpetuis ac tem-  
 „ poralibus Vicariis Ecclesiarum Pa-  
 „ rochialium, quæ unitæ reperiuntur  
 „ Mensæ Capitulari suæ hujus Eccle-  
 „ siæ, non sufficiat nuda, et sola  
 „ nominatio Capituli, ut hac sola,  
 „ et hoc tantum titulo sic nomina-  
 „ tus curam Animarum exerceat, e-  
 „ tiamsi ad Confessiones audiendas ap-  
 „ probatus reperiatur, sed quod obti-  
 „ nere præcise debeat approbationem  
 „ Episcopi, hujusque licentiâ ad no-  
 „ vum Ministerium, et curam Ani-  
 „ marum exercendum, et ad guber-  
 „ nium Parochiæ, quæ sibi commen-  
 „ datur, ad cujus effectum licentiâ  
 „ in scriptis concedet, quemadmodum  
 „ fieri solet in Ecclesiis Collegiatis de  
 „ Berlanga, et Medinæceli, quæ ex  
 „ se habent curam Animarum ex pri-  
 „ vilegio Bullarum Apostolicarum =  
 „ Responsio Capituli = Capitulum cum  
 „ distinctionem faciat inter Vicarios  
 „ perpetuos, et temporarios, intelligit,  
 „ quod istis, eo quod titulum non ha-  
 „ beant, et sint simplices Ministri Fa-  
 „ mulativi, ad nutum amovibiles,  
 „ sufficiat simplex, et nuda nomina-  
 „ tio, ut, obtenta licentiâ ad Confes-

„ siones audiendas , munus suum exer-  
 „ cere valeant , ut usque in præsens  
 „ actum fuit , et cum utrumque , idest  
 „ nominationem , et licentiam haberet  
 „ audiendi confessiones Joseph Conda-  
 „ lo , qui inserviebat Ecclesiæ Paro-  
 „ chiali S. Jacobi , et S. Vincentii , at-  
 „ que loci de Barbatona , Episcopus non  
 „ potuit illum remove , ob defectum  
 „ formalis tituli , minusque in eam  
 „ Parochiam immittere D. Mattheum  
 „ Vrutia absque citatione Capituli , cu-  
 „ jus erat jus privativum etiam nomi-  
 „ nandi personam sæcularem , absque in-  
 „ terventu , et requisitione consensus ,  
 „ aut licentiæ Episcopi. Sed cum in  
 „ deputatione Vicariorum perpetuorum  
 „ servata fuerit forma a Constitutione  
 „ Piana præscripta , quæ incipit = *ad*  
 „ *exequendum* , quælibet novitas trans-  
 „ gressionem induceret ipsius observan-  
 „ tiæ , et subesset vitio nullitatis ob  
 „ clausulam *sublata* , et *Decretum ir-*  
 „ *ritans* , quod in ea continetur.

„ Dubium VI. Item præten-  
 „ dit Episcopus , quod in eisdem Vicariis ,  
 „ quo tempore vacaverint , nominatio  
 „ Oeconomorum , et congruæ consigna-  
 „ tio , privative pertineant ad Episco-  
 „ lem Dignitatem juxta facultates a Tri-  
 „ dentino sibi concessas ; ideoque for-  
 „ tiori ratione in Parochia S. Petri cum  
 „ unita , et adnexa non sit Ecclesiæ  
 „ Cathedrali : idem intelligi debet in  
 „ vacationibus majoris Cappellanæ ,  
 „ quæ distinguit , et dividit , in uno ex  
 „ individuis Capituli , actus illos , qui  
 „ ex legibus Statutariis sunt Capitu-  
 „ lares , et adnexi eidem *majoris Cap-*  
 „ *pellani dignitati* = Responsio Capituli =  
 „ Capitulum intendit , quod in vacatio-  
 „ nibus Vicariarum perpetuarum , et in  
 „ casibus necessariis sibi pertineat de-  
 „ signare Locumtenentes Confessarios ,  
 „ qui inserviant Ecclesiis sibi unitis ,  
 „ quousque necessitas perduret ; pro-  
 „ videt enim , Vicarios Ecclesiis eisdem ,  
 „ atque etiam stipendia in illis assignare ,  
 „ aut tradere consuevit , quia ita incon-  
 „ cusse semper et ex immemorabili  
 „ tempore praticavit absque contradi-  
 „ ctione : et quod Episcopus , cum Ca-  
 „ pitulum ad curam Animarum nomi-  
 „ naverit Parochum Ecclesiæ *de Rienda*  
 „ in Locumtenentem Parochiæ *de Pa-*  
 „ *redes* eundem designare non potuit  
 „ in Oeconomum ad formam , quæ ser-  
 „ vatur in Ecclesiis Parochialibus , quæ  
 „ prævio concursu conferuntur. Et quod  
 „ fuit magis animadvertenda ejus re-  
 „ motio , et nova deputatio in Locum  
 „ Vicarij Parochiæ *Fordelrrabano* , eo

*Bull. Rom. Tom. II.*

„ quod notitiam Episcopus habuerat no-  
 „ minationis factæ per Capitulum in  
 „ personam primi electi. Quodque ma-  
 „ jori ratione locum habere non potest  
 „ deputatio Oeconomi in temporalibus  
 „ Vicariis , et in Majori Cappellania ,  
 „ quia non verificatur , vera earum va-  
 „ catio , neque curæ Animarum , quæ  
 „ residet in Capitulo , a quo absque ul-  
 „ la mora nominatæ semper fuerunt  
 „ idoneæ personæ , quæ eisdem inser-  
 „ viant , et personam Capitularem ele-  
 „ git , ut digne convenit ad majorem  
 „ Cappellaniam , quæque satisfaciat ,  
 „ et exerceat functiones Parochiales ,  
 „ et Capitulares , ad quas tenetur , qui  
 „ eandem Cappellaniam possidet , qui-  
 „ que adnotet , et rationem reddat  
 „ omnium emolumentorum , et jurium  
 „ Parochialium , quæ tam certa sunt ,  
 „ quam incerta , quæque augentur ,  
 „ æque ad fructus Præbendæ.

„ Dubium VII. Item præten-  
 „ dit Episcopus , quod Capitulum concors es-  
 „ se debeat cum suo Episcopo in de-  
 „ signatione publicarum supplicatio-  
 „ num , quas ob publicas necessitates ,  
 „ et causas , Civitas ab eo postulet , tam  
 „ per se ipsam , quam ad instantiam  
 „ Societatis Agricolarum , qui eas fre-  
 „ quenter sollicitavit , absque eo , quod  
 „ Capitulum eas possit admittere , nec  
 „ certum responsum dare quousque Epi-  
 „ scopum certiore non fecerit , et cum  
 „ eo consenserit , quemadmodum præ-  
 „ cavetur , et præcipitur in Directoriis ,  
 „ quibus Capitulum dirigitur , et con-  
 „ firmatur ipsius legibus Statutariis :  
 „ et hæc praxis est omnium Ecclesia-  
 „ rum , et declaratum fuit ab amplissi-  
 „ mo Rege , suoque Regio. consilio Ca-  
 „ stellæ multis in casibus , qui novis-  
 „ sime contigerunt , et præsertim in  
 „ Ecclesiis Cæseragustana , et Palenti-  
 „ na , non obstante consuetudine , quam  
 „ ipsarum Capitula allegabant. Item ,  
 „ quod indictio Processionum , quæ fiunt  
 „ ob causam publicam , pertinere de-  
 „ beat ad privativum jus suæ dignita-  
 „ tis , incipiant , aut non , ab intra Ec-  
 „ clesiæ Parochialis , aut alterius Ec-  
 „ clesiæ Regularis = Responsio Capitu-  
 „ li = Cum super hujus dubii materia  
 „ nulla usque adhuc novitas interven-  
 „ rit , Capitulum in ejus declarationem  
 „ opponit praxim , quam servavit ,  
 „ quamque præten-  
 „ dit servari debere ;  
 „ eo quod sit rationi conformis. Roga-  
 „ tiones privatæ ad serenitatem , aut  
 „ pluviam obtinendam , quæ commu-  
 „ niter fiunt a Capitulo ad instantiam  
 „ tantummodo Præfecti , sive Majordo-

A a

mi Confraternitatis Sanctæ Barbaræ, esse solent duo Novenæ Missarum privatarum in Altaribus S. M. Majoris, et S. Liberatæ Patronæ cum aliis quibus precibus in Choro post Missam Conventualem, et si persistat Rogationum causa, adjungitur tertia Novena Missarum ad Altare SSmi Crucifixi, nuncupati Misericordiarum, absque interventu Capituli ad quamlibet earum, cum unice pendeat ab eo earum concessio, eo quod unice etiam ab eo pendeant expensæ, quæ fiunt ad eas peragendas, quas cum admiserit, publicantur Misso Nuncio ad Judices Civitatis, qui *Alcades* nuncupantur, ut ex hac noticia Fideles inde possint suis precibus concurrere ad clementiam Divinam impetrandam in necessitatibus illis, quæ dictas Rogationes excitant, quæ necessitates, si ob durationem, graviores fiunt, Capitulum mandare solet, ut Imago Beatæ Virginis processionaliter trasferatur, ex cella, sive Tro-no, in quo sita est, ad Altare Majus, et Novena, quæ antea recitabatur, hoc casu cantari solet, et aliquando canitur hymnus *Salve Regina* post Vesperas. Cum autem hæc fiant cum præsentia Capituli statim ac ad ea peragenda consensum præbet, certiore facit Episcopum, misso ad eum Procuratore Generali, si forte dignetur sua presentia has actiones digniores facere. Processiones vero, quæ a Capitulo fiunt aliæ non sunt, quam illæ Rogationum, quæ *Litanie* vocantur, Corporis Christi, aliæque quatuor ex dotatione ad Ecclesias S. Jacobi, S. Vincentii, S. Antonii *Portæ Cæli* in suis respective diebus, et ad Beatam Virginem sub titulo *de los Huertos* die Sancti Simeonis et Judæ, atque etiam ad Eremitorium S. Rochi die ipsius Festo, ad preces Civitatis, et cum hujusmodi Processiones ordinariæ fiant, eo quod præscriptos dies, horas, et Ecclesias habeant, ad quas fiunt nihil propterea de ipsis indicendum est, eo quod peractæ fuerunt uniformiter absque prævio consensu, et licentia, ut fieri solet a Parochis in similibus circumstantiis. Processiones extraordinariæ, et quæ propriæ sunt publicæ, ad quas concurrunt Clerus, et Parochi extranei ab Ecclesia Cathedrali cum suis Crucibus, sunt in hac Civitate insuetæ, et quando intervenit causa ad eas peragendas, id contigit communi consensu Episcopi, atque Capituli, ut

majori commoditate, et sine impedimento fieri possint. Et casu, quo a Regularibus, aut Confratribus, Processiones fieri decernatur, in quibus Capitulum non interveniat, et ad eas peragendas licentia obtineatur, cum præcise per territorium Parochiæ ipsius Capituli transire debeant, et ipsius Crux erecta etiam interesse, et dirigi ad propriam Ecclesiam, debent etiam licentiam, sive facultatem petere a Capitulo, quemadmodum usque adhuc exequutum fuit ad formam concordiæ cum ipsis initæ.

Dubium VIII. Item præten-dit Episcopus, quod ad expositionem publicæ venerationis SSmi Sacramenti in quacumque Parochia, Ecclesia, aut Eremitorio hujus Civitatis, Episcopo tantummodo petenda sit licentia, eo quod ad ipsum solum pertineat cognitio, et judicium earum causarum, quæ sufficientes sint ad prædictam licentiam concedendam = Responsio Capituli. = Intendit Capitulum, quod cum fiet expositio SSmi Sacramenti, si-ve alia functio extraordinaria in Ecclesia, quæ ad ipsum spectet, præter licentiam ordinariam in casibus necessariis, petenda etiam licentia ab eo sit quacumque occasione, qua expositio agenda sit. Ideoque nullum afferri debuit impedimentum Abbatissæ S. Jacobi, ut eam licentiam peteret, veluti alias fecerat uniformiter, et absque contradictione a tempore erectionis conventus, et etiam dum erat Domus Reclusionis, vulgo *Beaterio* neque imponenda erat eadem censura, ne dictam licentiam peteret, neque minus Confraternitati Beatæ Mariæ Virginis sub titulo *de la Salud* Parochiæ de Barbatona, ne expositionem ageret in Festo, quod celebrat, prout eam agere debebat juxta stipulationem cum eadem Confraternitate contractam.

Dubium IX. Item cum in hac Civitate una existat Parochia suppressa, quæ Sancti Jacobi nuncupatur, cujus Ecclesia commissa est curæ Monialium Filiationis Ordinariæ, quæ eadem Ecclesia utuntur, et in ea Chororum habent ad Officia Divina persolvenda, et curam gerunt nitoris Divini cultus, et Sacri ornatus, quibus de rebus particularem Visitationem accipiunt, et cum Capitulo nominare solet unum ex Canonicis cum titulo administratoris hujus Ecclesiæ, cum ad rem nullam referatur hujusmodi titulus, eo quod mixta ad-

» ministratio bonorum temporalium  
 » commendata sit alteri personæ ; et  
 » bona , quæ ad Fabricam pertinent ,  
 » ordinariæ visitationi subiaceant eo-  
 » dem modo , quo reperitur Ecclesia  
 » Parochialis S. Vincentii , et attento,  
 » quod cura rei spiritualis non sit præ-  
 » nes Capitulum , eo quod Ecclesia ista  
 » Parochum habeat distinctum , et se-  
 » gregatum , præterdit Episcopus , quod  
 » Administrator a Capitulo nominatus,  
 » se intermiscere non possit in aliquo  
 » actu administrationis Sacramentorum  
 » in Funeralibus , Celebrationibus , aliis-  
 » que actibus , qui contineant æquivo-  
 » cationem , aut confusionem , cum ju-  
 » ribus Parochialibus = Responsio Cap-  
 » ituli » Præterdit Capitulum , Ec-  
 » clesias S. Jacobi , et S. Vincentii suas  
 » esse , atque proprias tam in Spiritua-  
 » libus , quam in temporalibus virtute  
 » perpetuæ unionis , qua extinctæ fue-  
 » runt , et unitæ propriæ Mensæ Cap-  
 » itulari , Apostolica auctoritate ; Ec-  
 » clesiam S. Jacobi non esse commis-  
 » sam curæ Conventus Monialium *Fi-*  
 » *liationis Ordinis* , quæ nullum jus for-  
 » male habent ad illam , eo quod ipsis  
 » tantummodo concessa fuit , eaque utun-  
 » tur præcario modo ad officia Divi-  
 » na peragenda , non autem ad extra-  
 » ordinarias functiones , absque prævia  
 » licentia Capituli , quam semper po-  
 » stulavit , idque Conventus recogno-  
 » scit , et fatetur : et quod in hac Ec-  
 » clesia , et in ea S. Vincentii nullus est  
 » Parochus distinctus , et nullo tempore  
 » in ipsis fuit aliquis vere Parochus ,  
 » quia quocumque tempore unicus , et  
 » universalis Parochus fuit hujus Civi-  
 » tatis Capitulum , quod post unionem  
 » solum nominavit aliquem Presbyte-  
 » rum ad nutum amovibilem eo præ-  
 » cipuo fine , ne officia Divina , et ob-  
 » sequia prætermitterentur , eodemque  
 » fine , et ad majores functiones pera-  
 » gendas in Ecclesia S. Jacobi nomina-  
 » vit aliquem ex Dignitatibus , aut Ca-  
 » nonicis titulo administratoris , a quo  
 » inconcussè celebratæ fuerunt absque  
 » interventu , et sub ordinatione aliqua  
 » Cappellano majori , aut alteri per-  
 » sonæ cum ex consequenti hujus no-  
 » minationis , ad administratorem præ-  
 » dictum zelus spectet status dictarum  
 » Ecclesiarum , bonorum Fabricæ , et  
 » expensarum , quibus supplere debet  
 » in earum defectu mensa Capitularis ,  
 » nec non reparationibus , ordinariis  
 » expensis , et emolumentis Sacristiæ ,  
 » qui eisdem inservit. Impediendus pro-  
 » pterea non fuit sub pœna censurarum

*Bull. Rom. Tom. II.*

» Ignatius Serantes , Canonicus admi-  
 » nistrator , ne Presbyteri functiones age-  
 » ret in Vesperis Conceptionis , aliisque  
 » functionibus subsequentibus , neque  
 » Officia funerum persolveret cuidam  
 » Moniali , quemadmodum absque ul-  
 » la contradictione exequutum semper  
 » fuit a dictarum Ecclesiarum Admi-  
 » nistratoribus.

» Dubium X. Item præterdit  
 » Episcopus , quod Visitationem age-  
 » re possit Ecclesiæ suæ Cathedralis ad  
 » formam Tridentini Concilii , Ecclesiæ  
 » non exemptæ , Eccles. Parochialis S. Pe-  
 » tri , quemadmodam a suis antecessori-  
 » bus factum fuit : quodque visitare etiam  
 » potest hospitalia , et loca pia , Cap-  
 » pellanias , vincula , seu pia legata , alias-  
 » que fundationes , etiamsi erectæ sint  
 » intra ambitum Cathedralis , prout hæc  
 » omnia sibi jure competunt. = Respon-  
 » sio Capituli. = Quoad visitationem hu-  
 » jus S. Ecclesiæ , etiam respectu , quod  
 » sit Parochialis , cum præsumatur , hu-  
 » jusmodi visitationem fieri in præju-  
 » dicium exceptionis , qua gaudet , et  
 » contra auctoritatem rei judicatæ , cum  
 » a diuturno jam tempore ex commis-  
 » sione SSmi Dñi Nostri pendeat in Tri-  
 » bunali Sac. Rotæ , quapropter cum  
 » materia , quæ in duabus partibus præ-  
 » missi dubij continetur , ad litem per-  
 » tineat , existimat Capitulum , quod  
 » amplissimi Regis intentio ad eam non  
 » extendatur ; dum in hoc statu reperi-  
 » tur , et excluditur exceptione litis  
 » pendentiæ , absque eo , quod præju-  
 » dicium afferre possit , quod aliqua  
 » visitatio ordinaria verificetur , quoad  
 » Parochiam spectat , quæ nunquam ad  
 » aliud sese extendit , quam ad Libros  
 » ejusdem Parochiæ. Quo vero ad id ,  
 » quod in tertia parte dubii contine-  
 » tur , Capitulum minime negat Epi-  
 » scopo jus visitationis , solumque con-  
 » tendit , quod hæc fieri debeat , ut  
 » usque adhuc etenim quoad Cappel-  
 » lanias erectas in hac Ecclesia , qua-  
 » rum est collator Apostolica auctori-  
 » tate , eligit , aut præsentat Jurepa-  
 » tronatus , quæ quidem onus habent  
 » residentiæ , aut præcipuæ servitutis  
 » in Ecclesia , aut in Choro , et quod  
 » ad Loca Pia etiam , quorum admi-  
 » nistratio , directio , et gubernium ad  
 » ipsius Capituli munus spectat , et spe-  
 » ctavit usque adhuc , cum ad hu-  
 » jusmodi effectum administratores no-  
 » minaverit , a quibus redditionem ra-  
 » tionis accipit , et annuatim etiam re-  
 » spective Visitatores , nominat , qui  
 » de eorum statu perquirant , et qua

» ratione satis fiat foundationibus , et  
» quidquid pro meliori eorum comple-  
» mento utilius , meliusque videatur.

» Dubium XI. Præten dit item  
» Episcopus , quod in omnibus actibus  
» tam intra , quam extra Chorum Ca-  
» pitulo præsideat , absque ulla dispu-  
» tatione , et controversia , propterea ,  
» quod in vacationibus Canonicatum ,  
» qui de officio nuncupantur , ad hoc  
» Capitulum Edicta promulgare valeat ,  
» consentire debet cum suo Episcopo ,  
» quo ad diem , qualitates , et requisi-  
» ta , quibus promulgari debent , et  
» ab eodem Episcopo subscribi debent ,  
» ejusque nomen initio Edictorum pro-  
» poni , simulque Capituli , ut consue-  
» tum est in omnibus Cathedralibus Ec-  
» clesiis Hispaniarum . Insuper , quod  
» cum Episcopus præsens sit in exer-  
» citationibus , quæ ad prædictos Ca-  
» nonicatus consequendos fieri solent ,  
» ob prærogativam præsentis opponi  
» illi debeat Mensa , Campanula , inde-  
» que gubernare actum exercitationum ,  
» eique præsidere = Responsio Capituli =  
» Capitulum in ea necessitate reperitur  
» negandi , quod Episcopus sibi in ali-  
» quo actu præsiderit tam intra , quam  
» extra Chorum , eo quod in omnibus  
» actibus id exequutum fuit a Decano ex  
» fundamentali statutaria Lege hujus  
» Ecclesiæ constituta Apostolica aucto-  
» ritate , et ex consequenti Decanus cor-  
» rigit , et poenam imponit iis , qui lo-  
» quuntur , et delinquant in Ecclesia ,  
» atque Divina Officia perturbant , mul-  
» ctas , et pœnas imponit pro mensura  
» delicti , absque figura iudicii ; nam  
» ea delicta , quæ figuram iudicii postu-  
» lant , eorum cognitio ad Iudices Con-  
» cordiæ spectat . Ab eodem Decano li-  
» centiam , et obsequium petitur , et  
» exhibetur in Choro , in Processionibus ,  
» aliisque actibus , etiamsi præsens sit  
» Episcopus . Ideoque præten dit Capi-  
» tulum , ut manuteneatur in quiete ,  
» ac pacifica huiusmodi possessione , et  
» in ea etiam evulgandi Edicta , sola  
» ipsius determinatione , et nomine ,  
» eaque subscribendi unius Dignitatis ,  
» et unius Canonici nomine eodem mo-  
» do et forma , et cum eisdem requi-  
» sitis , quibus usque adhuc Edicta evul-  
» gata fuerunt .

» Præensiones Capituli = Cum  
» in dubiis ab Episcopo propositis quæ-  
» dam non contineantur , idest , quoad  
» Doctrinam edocendam in Cappella  
» S. Petri , quoad Claves Ecclesiæ , et  
» Præfectum , vulgo Majordomo , sive  
» Cappellanum hospitalis S. Matthei ,

» quibus de rebus provisionalia quæ-  
» dam fuerint interposita , quibus Ca-  
» pitulum se præjudicatum sentit , ne-  
» que in suis dubiis illa contineantur ,  
» de quibus iudicium , prout de jure fieri  
» debet = Primo = præten dit propterea ,  
» quod Canonici , vulgo de officio , alii-  
» que , quos Capitulum designaverit ,  
» et nominaverit ad explicandam Fide-  
» libus Christianam Doctrinam , hoc  
» ipsis non prohibeatur , quemadmo-  
» dum prohibitum fuit sub pœna cen-  
» surarum tempore elapsæ Quadragesi-  
» mæ Canonicis Lectorali , Pœnitentia-  
» rio , et Cathedraticis Sacræ Theologiæ  
» Primario , et Vespertino = Secundo =  
» Quod cum ad Thesaurarium pertineat  
» Claves Ecclesiæ retinere , et Famulo  
» Sacrarii claudere , et aperire ejusdem  
» januas , cogendus hic non fuit ad  
» tradendam unam ex primis clavibus  
» Sacristæ prædictæ Cappellæ Sacrarii .  
» Ideoque conveniens est , ut eidem re-  
» stituatur , ut ab eodem aperiantur ,  
» et claudantur in casibus necessariis ;  
» et æque etiam , ut eidem tradantur  
» Claves minimarum januarum , vulgo  
» *posticos* , ut eas Locumtenentibus cu-  
» ræ animarum aperiat pro majori se-  
» curitate , et custodia Ecclesiæ , qui  
» habeant commodum facilemque in  
» dicta Cappella ingressum , absque ul-  
» la dependentia in casibus alicujus ne-  
» cessitatis , et administrationis Sacra-  
» mentorum nocturno tempore = Ter-  
» tio = Non pertinere ad Præfectum ,  
» vulgo Majordomo , sive Cappellanum  
» majorem , ejusque Locumtenentes ,  
» nec ad Capitulum pertinere præcise no-  
» minationem Cappellani , sed unius  
» hospitalarii Laici ad fines foundationis  
» exequendos , et ad id , quod eidem  
» ab Administratore injunctum fuerit  
» pro bono Hospitalis , et pauperum .  
» Et cum alia novaque dubia pacis amo-  
» re non exhibeat , nullum propterea  
» sibi præjudicium inferendum esse  
» protestatur , ut jure suo uti possit ,  
» quando , ubi , et quocumque loco si-  
» bi conveniat .

» Responsio Episcopi . = Respondet  
» Episcopus ad præcedens Capituli §. 1.  
» et quoad præcipuum dubium expli-  
» cationis Christianæ Doctrinæ in Ec-  
» clesia Parochiali S. Petri satis fit ab  
» Episcopo eo Decreto , quod hujus rei  
» causa dedit : et quoad Claves , et ja-  
» nuas , quæ pertinent ad majorem Cap-  
» pellanum , suosque Locumtenentes ,  
» ut ingressum habere possint ad di-  
» ctam Ecclesiam Parochialem , ad se-  
» pulturas , resque alias , et usus , et



» quoad assistentiam in hospitali S. Mat-  
» thei, et administrationem Sacramen-  
» torum pauperum in eo degentibus,  
» cum hæc dubia, seu puncta imme-  
» diate pertineant dicto Cappellano Ma-  
» jori, Episcopus ejus jura servare in-  
» tendit, et æque protestatur super iis  
» se responsurum, totoque eo, quod in  
» antecedenti dubiorum paragrafo con-  
» tinetur, coram arbitris Judicibus.

» Dicti vero arbitrii, seu com-  
» promissarii suum compromissum pu-  
» blicarunt tenoris sequentis, videlicet

» In Regio Monasterio Sancti  
» Laurentii dell' Escuriale Ordinis San-  
» cti Hieronymi die 5 Januarii anni  
» 1761 simul uniti, et congregati Ill<sup>m</sup>i  
» Domini D. Romualdus Velarde e Cien-  
» fuegos Episcopus Ablensis Regius  
» Consiliarius, et D. Andreas de Zerezo,  
» e Nieva Abbas S. Viacentii, Dignitas,  
» et Canonicus S. Toletanæ Ecclesie,  
» Primatis Hispaniarum, pariter Re-  
» gius Consiliarius, et Commissarius  
» Apostolicus Generalis S. Cruciatæ, et  
» cæterarum gratiarum in eisdem Re-  
» gnis, ad declarandum, et resollen-  
» dum dubia ipsis compromissa ab Il-  
» lustrissimis Dominis D. Francisco  
» Diaz Santos Bullon Episcopo, et Do-  
» mino Seguntino pariter Regio Consi-  
» liario ex una parte, nec non a De-  
» cano, et Capitulo ejusdem Ecclesie  
» ab altera, publico mediante Instru-  
» mento unanimitè a dictis partibus  
» stipulato ac subscripto die 27 Janua-  
» rii anni 1757 per acta Josephi Arbe-  
» teta Scribani Numerarii ejusdem Ci-  
» vitatis, inhærentibus Regiæ insinua-  
» tioni ad hunc effectum ipsis factæ,  
» et eisdem Ill<sup>m</sup>is DD. Judicibus Com-  
» promissariis communicatæ, ut mu-  
» nus libentius acceptarent, cujus vi-  
» gore ipsis collata fuit potestas pro-  
» cedendi tamquam arbitros, et arbi-  
» tratores ad resolutionem dubiorum in  
» dicto Instrumento insertorum, et ex-  
» pressorum: accepta ab ipsis Judici-  
» bus prædicta facultate, auditisque  
» partibus in omnibus, et singulis ear-  
» um præntionibus, rationibus, et  
» allegationibus, et redacto negotio,  
» seu controversia ad statum conclu-  
» sionis, seu Definitionis, viso Proces-  
» su coram me Secretario Regis Domi-  
» ni Nostri, Scribano Cameræ Commis-  
» sariatus Generalis S. Cruciatæ nomi-  
» nato ad transcribendum, et absol-  
» vendum eadem acta: Dixerunt, quod  
» secundum id, quod ab eisdem actis  
» resultat, et attentis causæ meritis,  
» utendo prædictis facultatibus, quas

» iterum, quatenus opus fuerit, acce-  
» ptabant, declarare, ac resolvere de-  
» bebant, nec non declararunt, et re-  
» solverunt in hunc modum videlicet =

» I. Prædicti Ill<sup>m</sup>i DD. Judican-  
» tes, prout judicant, prædictam S. Ec-  
» clesiam, qualitatem habere vere Pa-  
» rochialis ac distinctæ, ac separatæ ad  
» instar aliarum Parochialium ejusdem  
» Diœcesis, et hanc esse eam ipsam,  
» quæ denominatur Sancti Petri, dum in  
» præsentiarum Cappella ejusdem invo-  
» cationis destinata est ad exercitium  
» principalium functionum Parochia-  
» lium: et habita desuper relatione ad  
» id, quod ulterius resultat ex proces-  
» su: Declarabant, ac declararunt, cu-  
» ram habitualem dictæ Parochiæ resi-  
» dere penes prædictum Capitulum ejus-  
» dem S. Ecclesie: curam vero actua-  
» lem, seu ejus exercitium residere pe-  
» nes Cappellanum Majorem cum pro-  
» pria auctoritate, ut sine subordina-  
» tione, ac dependentia dicti Capituli  
» quoad actus, et functiones concer-  
» nentes prædictum exercitium curæ  
» animarum. Et in sequelam prædicto-  
» rum, et sine animo alterandi, seu  
» innovandi per hanc declarationem,  
» possessionem, et pertinentiam jurin-  
» prædicti Capituli, et Cappellani Ma-  
» joris in concernentibus Decimas, alia-  
» quæ emolumenta debita prædictæ Pa-  
» rochiali, et quocumque modo con-  
» venientia curæ ejusdem, imo ea ju-  
» ra in eo statu, et esse relinquendo,  
» in quo erant dum præsentibus contro-  
» versie, quæ compromisso causam  
» dederunt, emergere. Similiter decla-  
» rarunt, facultatem et respective onus  
» custodiendi, ac retinendi omnes et  
» singulos Parochiales Libros, tam cur-  
» rentes, quam absolutos, spectare ad  
» prædictum Cappellanum Majorem in  
» loco per ipsum idoneo judicando in  
» dicta S. Ecclesia, ad effectum illius  
» libere utendi in casibus necessariis,  
» juxta exigentiam Curæ Parochialis.  
» Cum hac tamen conditione, ut quo-  
» ties ipse deliberet eosdem Libros col-  
» locare in alio situ dictæ S. Ecclesie  
» Cathedralis extra prædictam Cappel-  
» lam S. Petri, præcedere debeat ad  
» hunc effectum beneplacitum Capitu-  
» li, cui etiam præservarunt Ill<sup>m</sup>i DD.  
» ipsius jura tam super titulo admini-  
» stratoris Fabricæ ejusdem S. Ecclesie,  
» quam super mortuariis decedentium  
» in Civitate, nec non relative ad alias  
» functiones haud concernentes prædi-  
» ctum curæ exercitium, ad hoc ut eis-  
» dem juribus uti valeat, salva semper

» auctoritate, quæ in prædictis, et secundum eorum qualitatem de jure competit Illmo Episcopo.

» II. Quod duo substituti, quos Cappellanus major retinere tenetur ad servitium curæ animarum prædictæ Parochiæ dictæ S. Ecclesiæ, debeant in quocumque casu præcise nominari a prædicto Cappellano majori, et non obstante, quod licentiam habeant excipiendi Confessiones, nihilominus nominationem præsentare debeant Illustrissimo Episcopo ad effectum obtinendi ab ipso approbationem ad memoratum exercitium, ad quod se intrudere nequeant ullatenus sine dicta approbatione: eandem approbationem reportare debeant ii omnes, quibus a Cappellano majore quacumque de causa commissa fuerit, aut delegabitur tota cura animarum ad illam exercenda, quotiescumque ejusmodi commissio, seu delegatio excedat spatium quindecim dierum: Quoties vero hujusmodi commissio, seu delegatio, et exercitium non excedant dictum spatium quindecim dierum, poterunt sic ut supra delegati exercere hoc munus, dummodo habeant necessariam licentiam exadscipiendas Confessiones, seu illam obtineant absque ulla alia licentia Illmi Episcopi, salva tamen eidem facultate prohibendi ejusmodi delegatis exercitium curæ, quotiescumque eos judicaverit idoneos, seu indignos ejusmodi exercitii.

» III. Quod substitutus, seu delegatus a Cappellano Majori in casu ejus absentiæ, infirmitatis, aut alterius cujusvis impedimenti non prohibentis, jus et exercitium nominandi, debeat esse unus ex individuis Capituli. Et in casu negligentiae, seu incapacitatis prædicti Cappellani Majoris nominandi substitutum, seu delegatum in prædictis casibus, possit nominatio fieri, a Capitulo, in persona pariter individui Capitularis. Et sic nominatus, seu nominati a Cappellano Majori, seu a Capitulo exercere debentes ultra spatium quindecim dierum, debeant se præsentare coram Illmo Episcopo ad obtinendam nominationis approbationem, sine qua nequeant se ingerere in prædicto exercitio, quantumvis muniti sint licentia ad excipiendas Confessiones, quæ tamen licentia sufficere tantum debet ad prædictum exercitium quindecim dierum, dummodo hoc ipsum specialiter non prohibeatur ab

» Illmo Episcopo, quia inidoneum illum reputaverit.

» IV. Quod non obstante, et sine præjudicio ordinariæ auctoritatis Illmi Episcopi in respicientibus curam Animarium omnium Parochialium suæ Diocesis, decet, et convenit Capitulo, tam ob pertinentiam curæ habitualis suæ S. Ecclesiæ, quam etiam quia in eadem Ecclesia Parochiales functiones exercentur, procurare, ac zelum habere, ut cura animarum prædictæ Ecclesiæ diligenter, et exacte exercentur pro ratione, et modo magis proficuo bono spirituali animarum, monendo ad hunc effectum in eo quod opportunum existimabunt Cappellanum Majorem, et ejus substitutos, et procurando quatenus oporteat, ut impellantur ad implendum proprium munus ab auctoritate Ordinaria, quin tamen unquam Capitulum compellere possit propria auctoritate.

» V. Quod Vicarii tam perpetui quam admovibiles a Capitulo nominandi in Ecclesiis Parochialibus Capitulari Mensæ usitis, comprehensis etiam illis S. Vincentii, S. Jacobi, nec non de Barbantona approbari debeant ab Illmo Episcopo, ita ut sine hac approbatione exercere nequeat prædictos Vicariatus, licet licentiam aliunde habeant Sacramentales excipiendi Confessiones.

» VI. Quod vacante Cappellania Majori, Capitulo facultas competat nominandi unum ex suis Individuis, qui serviat, et exerceat Cappellaniæ onera, et functiones, quousque provideatur. Eadem facultas competat eidem Capitulo deputandi personas ad inserviendum Vicariatus perpetuos Parochialium suæ mensæ unitarum, durante vacationis tempore, cum hoc tamen, ut nominati tam ad Cappellaniam majorem, quam ad Vicariatus unitos Mensæ, antequam incipiant servitium, seu exercitium curæ Animarum, obtinere teneantur approbationem ab Illmo Episcopo, cui jus erit in casu omissionis seu negligentiae, apponendi, seu deputandi viros ab ipso idoneos judicandos,isque assignandi justam congruam portionem, cum hac tamen conditione, ut ad servitium Cappellaniæ Majoris deputari necessario debeat unum ex individuis Capitularibus. Et quotiescumque cessaverit servitium, seu exercitium Vicariorum amovibilium, liceat patiter Capitulo illud delegare il-

» Iis Sacerdotibus, quos idoneos judi-  
 » caverit, et quoties hi deputabuntur  
 » ad prædictum servitium Parochiale  
 » sine temporis determinatione, aut ul-  
 » tra spatium quindecim dierum, ob-  
 » tinere similiter teneantur approbatio-  
 » nem Illm̃i Episcopi ad inchoandum,  
 » et præstandum prædictum servitium,  
 » non obstante, quod facultatem aliun-  
 » de habeant excipiendi confessiones,  
 » quæ tamen facultas eis sufficere de-  
 » beat, quoties eorum deputatio non ex-  
 » cedat spatium quindecim dierum. ni-  
 » si ex aliqua particulari causa prohi-  
 » beatur ad Illm̃o Episcopo.

» VII. Quod Capitulum facultate  
 » gaudeat decernendi per se ipsum, et  
 » sine ullo Episcopi consensu, aut scien-  
 » tia Rogationes, et Processiones facien-  
 » das in Districtibus Ecclesiæ Cathed-  
 » ralis, nec non Ecclesiarum, et Cap-  
 » pellarum ipsi Capitulo, seu Ecclesiæ  
 » Cathedrali subordinatarum, sine tam-  
 » en interventu aliorum Sacerdotum,  
 » seu Communitatum præter Capitulum  
 » ipsum, suosque Inservientes, et hoc  
 » ex quacumque causa indicantur, etiam  
 » extraordinaria et respiciente publicum  
 » bonum: et hac eadem facultate gau-  
 » deat quoad celebrationem Processio-  
 » num, et Rogationum jam statuta-  
 » rum, et consuetarum, etiamsi fiant  
 » extra prædictas Ecclesias, et Cappel-  
 » las, earumque territoria, etiam cum  
 » assistentia aliarum Communitatum,  
 » et Cleri, dummodo nullæ intercedant  
 » novitates quoad dies earumdem Ro-  
 » gationum, et Processionum, nec non  
 » relative ad iter eundo, et redeundo  
 » faciendum, sive etiam quoad Eccle-  
 » sias, seu Cappellas, ad quas diri-  
 » guntur; nam in quacumque ejusmo-  
 » di alteratione, seu novitate accedere  
 » necessario debet assensus Illm̃i Epi-  
 » scopi. Processiones, vero, et Rogat-  
 » iones a capitulo faciendæ extra ter-  
 » ritoria suæ Ecclesiæ Cathedralis, sua-  
 » rumque Ecclesiarum, et Cappella-  
 » rum unitarum, sive cum assistentia  
 » Cleri, vel Communitatum extranea-  
 » rum, quoties non sint ex ordinariis,  
 » et consuetis, et exequi nequibunt a  
 » Capitulo sine assensu Illm̃i Episcopi,  
 » qui similiter consensus requiratur  
 » quoad alias Processiones, et Rogatio-  
 » nes haud solitas, et ordinarias fa-  
 » ciendas ab aliis Communitatibus in  
 » prædicto territorio. Et quamvis ad-  
 » sartum, tectumque servandum jus  
 » Parochialitatis prædictæ Ecclesiæ Ca-  
 » thedralis in eisdem Processionibus,  
 » seu Rogationibus faciendis, sive in-

» terventu Capituli, a Regularibus, seu  
 » Confraternitatibus intra territorium  
 » Parochiale ejusdem Ecclesiæ, conce-  
 » dere valeat Illm̃us Episcopus licentiam  
 » ad eas celebrandas, quin valeat Ca-  
 » pitulum earum impedire exquitionem  
 » Nihilominus peti debeat ejusdem Ca-  
 » pituli permissio quæ adhuc ab Epi-  
 » scopo non obtenta, sufficere relative  
 » tantum ad ingressum, transitum, et  
 » celebrationem in prædicto territorio.

» VIII. Quod sine præjudicio au-  
 » ctoritatis Illm̃o Episcopo competentis  
 » quoad Venerabilis Sacramenti publi-  
 » cam expositionem sine ejus licentia  
 » non faciendâ in quacumque Eccle-  
 » sia, peti quoque debeat permissio  
 » Capituli ad prædictam expositionem  
 » faciendam in Ecclesiis Civitatis su-  
 » bordinatis Ecclesiæ Cathedrali, ita  
 » ut, ea non petita, expositio exequi  
 » non possit, licet Capituli denegatio  
 » impedire non debeat effectum licen-  
 » tiæ ab Episcopo concedendæ, quo-  
 » tiescumque justis de causis conces-  
 » sio fiat ab Episcopo cum expressa  
 » conditione, quod exequatur non ob-  
 » stante dissensu Capituli.

» IX. Quod non obstante nomina-  
 » tione a Capitulo facta, seu faciendâ  
 » Vicarij amovibilis in Ecclesiis S. Ja-  
 » cobi, et Barbatona, possit nihilo-  
 » minus idem Capitulum, Canonicum  
 » deputare, qui invigilet, et superin-  
 » tendat servitio, et regimini ipsarum,  
 » eique delegare facultatem faciendi  
 » Mortuaria, et officia funebria Monia-  
 » lium Santi Jacobi, nec non celebra-  
 » di Missas in festis solemnioribus,  
 » demumque faciendi reliquos actus a  
 » Parochiis delegabiles simplicibus sa-  
 » cerdotibus, quin necesse habeat ob-  
 » tinere approbationem Illm̃i Episcopi  
 » ad exercitium prædictarum facul-  
 » tatum.

» X. Quod Illm̃o Episcopo jus com-  
 » petat præsidendi in omnibus actibus,  
 » quibus cum Capitulo concurrat tam  
 » intra, quam extra Chorum, cum  
 » auctoritate ad ordinandum quid quid  
 » in eis observari debeat, et ad cor-  
 » rigendum extrajudicialiter, ac gu-  
 » bernative defectus, et excessus com-  
 » missos, et cum prælatione quoad  
 » Decanum, sine tamen exclusione au-  
 » ctoritatis huic competentis, quam  
 » exercere poterit quotiescumque non  
 » adversetur Ordinationibus ab Episco-  
 » po factis, seu faciendis. Et quod in  
 » concursibus Præbendarum appellata-  
 » rum *d' Officio*, licet ad Decanum  
 » pertineat moderari, ac regere horo-

» logium, et tintinnabulum, ut hactenus observatum est, nihilominus id intelligi debeat, cum subordinatione voluntati Ill<sup>m</sup>i Episcopi, quocumque demum modo eam manifestaverit.

» XI. Quod quoties in Capitulo agi debeat de expeditione Edictorum provisione Præbendarum *di officio*, certioretur Ill<sup>m</sup>us Episcopus eo prorsus modo, qui observatur cum vocatur ad electionem. Quod si Ill<sup>m</sup>us Episcopus intersit, prout interesse potest Capitulo, in quo deliberatur de expeditione prædictorum Edictorum, hoc in casu Edicta expediuntur cum inscriptione, seu intestatione nominis ejusdem Ill<sup>m</sup>i Episcopi, ac Decani, et Capituli, nec non cum subscriptione ejusdem Episcopi, et duorum Capitalarium. In casu vero, quo Ill<sup>m</sup>us Episcopus Capitulo non intersit, tunc in expeditione prædictorum servari debeat forma hactenus observata.

» XII. Quod Capitulum deputare nequeat personas ad explicandam Doctrinam Christianam in prædicta Parochia Ecclesiæ Cathedralis, se opponendo provisionibus hac super re captis, seu capiendis ab Ill<sup>m</sup>o Episcopo, neque in præjudicium juris Cappellano majori competentis, cui quidem ex officio hæc incumbunt, et cui jus est adhibere personas idoneas ab ipso judicandas in suum auxilium ad instructionem suorum Parochianorum, quæ quidem personæ exercere se poterunt in hoc ministerio, etiam sine licentia Ill<sup>m</sup>i Episcopi, dummodo ab ipso habeant prædicandi facultatem.

» XIII. Quod quotiescumque Cappellanus major, ejusque substituti, commodum, facilemque habeant ingressum ad prædictam Cappellam Sancti Petri, quibuscumque horis diurnis, et nocturnis proprii ministerii, claves Ecclesiæ Cathedralis retineantur, et custodiantur ab illis personis, quæ hactenus illas retinere, et custodire consueverunt, ac debent.

» XIV. Quod Capitulum non teneatur nominare pro assistentia pauperum Hospitalis S. Matthei Personam Ecclesiasticam, quæ in eo inserviat curæ Animarum, neque propterea necessaria sit approbatio Ill<sup>m</sup>i Episcopi ad dictum munus exercendum.

» Per hanc autem determinationem ab ipsis Ill<sup>m</sup>is DD. Judicibus compro-

» missariis firmatam, et subscriptam, et abstinentibus quidquam declarare super dubio concernente visitationem S. Ecclesiæ Cathedralis, Parochiarum, et operum Piorum prædictæ Civitatis, attentata deficientia facultatum obrenuentiam Capituli compromittendi super hac Controversia; itemque reservando Cappellano majori, qui nec compromissit, nec ullam partem fecit in hac discussione jura ipsi quomodocumque competentia super statutis, et resolutis in hoc laudo: Ita declararunt, ac resolverunt, et quod certioretur de hoc compromisso utraque pars ad hoc ut quoad executionem propriis juribus utantur ubi, et modo ipsis competente. Ad quem effectum eis tradatur copia, seu autentica certificatio ab ipsis petenda per me præsentem infrascriptum Secretarium. Quorum omnium fidem facio = Romualdus Episcopus Abulensis = Don Andreas de Feréco e Nievea = D. Josephus Faustinus de Medina =

» §. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dicti exponentes, quo præinsertum Compromissum ab ipsis unanimi consensu admissum, receptumque, super quo publicum per acta ejusdem Faustini Josephi publici in oppido Matrili Toletanæ Diocesis Notarii die VII. Martii proxime elapsi confici curarunt Instrumentum, firmius subsistat, et servetur exactius, Dilecto Filio Magistro Josepho Herreros Cappellano Nostro, et Causarum Palatii Apostolici Auditori dederunt in mandatis, quatenus compromissum prædictum, nec non publicum ea super re confectum Instrumentum, ac omnia, et singula in ea contenta ut a Nobis confirmarentur, supplicaret.

» §. 4. Nos igitur dictos exponentes, eundemque Magistrum Josephum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum Compromissum a prædictis Romualdo Episcopo, ac Andrea Commissario generali super, et de memoratis controversiis, et dissentionibus factum, ac per dictos Exponentes admissum, ut prefetetur, ac publicum

Petitio pro  
Apostolica confirmatione supra relatu Laudii

Summus Pontifex Laudum hic relatum Apostolica auctoritate confirmat, et observari mandat

inde super illo confectum Instrumentum, autoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti etiam substantialia defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes, præsentis Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, et suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac eisdem modernis, ac pro tempore existentibus Episcopis Seguntinis, ac Capitulo, et Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Seguntinæ in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus; ac dictæ Ecclesiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die trigesima Julii millesimo, septingentesimo, sexagesimo, primo, Pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLIII

Dat. die 1. Aug.  
1761. Anno IV.

Poloniæ Regi Illustri significat, favore Clementis ejus quintogeniti demandasse expeditionem Brevis eligibilitatis, ad hoc ut ad tres Ecclesias nominari possit Episcopus, nempe Monasteriensem, Paderbonensem, et Hildesiensem prævia contrariarum præcedentium prohibitionum derogatione.

*De Canonica prohibitionem quoad collationem plurium Ecclesiarum eidem Episcopo, habentur Literæ ad Cardinalem Ducem Baviaræ relatæ hoc II. Tom. sub. num. CXCIV. pag. 82. Literas eligibilitatis ad Hildesiensem Ecclesiam assequendam, quoties suffragia electorum in eum convenirent dederat Archiepiscopo Trevirensi prout videre est hoc II. Tom. sub. n. CCVII pag. 104.*

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto  
Poloniæ Regi Illustri.

Clemens Papa XIII.

Carissime in Christo Filii Noster salutem,  
et Apostolicam Benedictionem

§. 1. Nihil est quod Nobis gratis contingat, quam insigni Majestatis tuæ pietati, tuæque lectissimæ soboli, ad Clericalem habitum jam assumptæ, posse gratificari, eaque propter, si paternæ benevolentiae Nostræ, et Apostolicæ benignitati confidis, opinionem tuam minime falli præsentis literas commonstrabunt: lætati ergo maxime fuimus, ubi posterioribus literis tuis accepimus, tria Canonicorum Ecclesiarum Cathedralium Collegia, Monasteriensis nempe Paderbonensis, Hildesiensis in dilectissimum in Christo Filium Nostrum Clementem, tuum quintogenitum, Episcopum designandum suffragiis pluribus conspirare, hancque ob causam, ut Majestatis tuæ votis annueremus, revocatis quas prius dederamus, eligibilitatis, ut vocant, literis ad quascumque Germaniæ Ecclesias sic tamen, ut uao ac altero Episcopatu accepto, cessaret illico facta potestas, novas confestim scribi mandavimus, quibus eidem dilectissimo Filio tribueretur facultas, ut nuncupari posset Episcopus non duarum Ecclesiarum dumtaxat, sed trium illarum scilicet, quas supr meminimus, derogantes in præsentis rerum circumstantia, pro hac vice tantum, fælisis re-

Ad gratificandam pietatem Regiæ Poloniæ Familiae literas eligibilitatis indulget, et præcedentes prohibitiones revocat.

cordationis Clementis XII Pontificis Maximi Decessoris Nostri Decreto de tribus Ecclesiis insimul a nemine retinendis.

Peculiares alios circumstantias exprimit, quibus ad indulgentium motus fuit Summus Pontifex

§. 2. Hæc autem ut perquam lubenter, ac cito perficeremus, animum Nostrum in primis moverunt tam eximia Majestatis tuæ merita in Catholicam Fidem, et singularis in hanc Apostolicam Sedem observantia, tum vero etiam præconcepta spes virtutis, atque pietatis novi istius Ecclesiasticæ Disciplinæ candidati, quem cum evadere cupimus Ecclesiasticæ Militiæ Rectorem, ac Ducem, qui non tam Regio sanguine, quam Christianarum virtutum exercitatione, aliisque Ecclesiasticis dotibus, purissimæ Christi Sponsæ ornamento sit, atque præsidio. Illud etiam in hac asperrima temporum conditione valde Nos consolatur, quod sic prospectum iri putamus Wesphaliarum Ecclesiarum securitati, et Majestatem tuam, ac Regalem Familiam omnem, qua potentia, ac fortitudine, qua autoritate, et officiis affecturam, ut in proximo ineundæ pacis fœdere, nullum persentiant detrimentum, atque interea Majestati tuæ, ac Regali Soboli Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ die prima Augusti MDCCLXVI. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat die 5. Aug. 1761. Ann. IV.

#### CCLXIV.

Ne vagi, titularesque tantum Episcopi absque evidenti necessitate creentur, vetitutum esse ex Canonica, et maxime ex Tridentina sanctione, significat Poloniæ Regi Illustri, neque proinde illius votis obsecundare potuisse de tribus titularibus in Poloniæ Regno creandis, sed tantum adiutorem Prismaticiensi Episcopo concedere paratum esse.

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ Regi Illustri.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Rationes exponit cum titulares Episcopos easque evidenti necessitate aure prohibeat Canonica disciplina

§. 1. **E**t si Majestatem tuam ex pluribus cognovisse minime dubitamus, quam facilis, ac propensa fuerit hactenus paterna charitas Nostra ad tibi, quoad Sedis Apostolicæ dignitas, ac ratio sinit, gratificandum; nihilosecius quæ postulantur non omnia semper a

Nostro pendent arbitrio, sed prius attente, secundum Canonicas regulas, expendenda sunt, atque libranda. Cum igitur apud Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales Congregationis Concistorialis facta petitio de tribus Episcopis Titularibus per istud Nobilissimum Regnum noviter creandis de more perenderetur, judicaverunt ii, gratiæ huic non esse locum, obsistentibus partim, quæ in Tridentino Concilio de vagis Episcopis enunciantur, partim eorum numero, qui isthic jam extant, justoque metu ne ad hæc in alias quoque regiones similia inducantur exempla. Quæ cum Nobis relata fuissent Venerabilium Fratrum Nostrorum sensus, atque consilia non potuimus non probare.

§. 2. Verumtamen considerantes insignia Majestatis tuæ merita in Catholicam Religionem, ac sincera benemerendi tui voluntate permoti, istius iudicii rigorem aliquantisper sic mitigandum esse censuimus, ut quod omnibus Regali commendatione tua munitis concedi non poterat, tui saltem tribueremus; quocirca adlegimus dilectum Filium Sacerdotem Ignatium Kreyeanous Kium Canonicum Prismaticiensem, quem opportunum atque utilem Diœcesi illi juvandæ arbitramur, cum ob gravem ætatem Venerabilis Fratris Michaelis Episcopi Prismaticiensi tunc vero etiam, quod is Vicecancellarii istius Regni munere distentus, apud Gregem suum continentur, excubare non potest; eaque propter Ven. Fratri Archiepiscopo Ephesino Nostro, et Apostolicæ Sedis Nuncio mandavimus, ut consueta de ejus meritis ac virtutibus inquisitionibus acta conficeret. Gratam igitur habeat, petimus, hanc Apostolicæ benignitatis indulgentiam, sibi que persuadeat Majestas tua, Nos hæc eo animo significasse, ut novum ac iure acciperes argumentum illius intimæ, ac vere paternæ, qua te in Domino complectimur, charitatis, Apostolicam Benedictionem Nostro Majestati tuæ, ac universæ Regiæ Soboli amantissime impertientes. Datum Romæ etc. die v. Augusti MDCCLXVI. Pontificatus Nostri anno quarto.

Ad Regem Poloniæ gratificandum, se esse Adjutorem elegisse præ Prismaticiensi Diœcesi Pontifex significat.

CCXLVI.

Dat. die 15 Aug.  
1761 Anno IV.

Gratum animum significat Badensi Duci pro illius studio, quo curat dissensiones componere ortas inter Spirensis Episcopum, et Abbatem Tennebacensem, super jurisdictione exercenda in Monasterio Lictenthalii, seu Lucidæ Vallis.

*De hac ipsa re adsunt Epistolæ aliæ ad Badensem Ducem superius a nobis relatæ sub. num. CCXXII. pag. 216. hujus Tom. II.*

Dilecto Filio Nobili Viro Ludovico Marchioni Badensi.

Clemens Papa XIII.

Dilecte Fili Nobilis Vir, salutem, et Apostolicam benedictionem.

Quam de tua pietate, et observantia vere Filio digna præconceptam antea opinionem habebamus, comprobaverunt posteriores literæ Nobilitatis tuæ die secunda præteriti mensis Julii conscriptæ, confirmabitque felix, uti confidimus, exitus tractationis concordæ de Asceterio Lucidæ Vallis inter Ven. Fratrem Spirensis Episcopum, et dilectum Filium Abbatem Tennebacensem, tuis sub auspiciis Apostolicæ auctoritatis calculo sancienti; quomobrem laudavimus captum a te consilium communicandi literas Nostras cum Spirensi Episcopo, ut quæ tibi per dictum Abbatem detrimenta inferuntur, tecum aperiret, expectabimusque lubenter, ut quæ hinc, et inde afferuntur, quemadmodum adpromittis, Nobis exponas; nihil enim aliud optamus, ac volumus, sicuti alias prescripsimus, quam ut ea, quæ Sac. Canones, et Apostolicæ Constitutiones præcipiunt de potestate Episcopi in Cænobia Sanctimonialium Regularibus subjecta, serventur ex una, ex altera vero quæ a Summis Pontificibus privilegia Regularibus concessa fuere, ac nondum revocata, minime violentur, atque interea Nobilitati tuæ, ac dilectissimæ Conjugi Apostolicam Benedictionem Nostram, omnium prosperitatum auspiciem, permanenter largimur. Datum Romæ etc. xv. Augusti MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCXLVII.

Dat. die 15 Aug.  
1761 Ann. IV.

De eodem ergumento scribit Episcopo Spirensi, eumque sollicitat ut controversiæ statum Sanctæ Sedi referat, a qua opportunæ sumi possint providentiæ.

Venerabili Fratri Christophoro Episcopo Spirensi.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Nuperrimæ literæ quas ad Nos dedit Dilectus Filius Nobilis Vir Ludovicus Marchio Badensis ad eam controversiam quod attinet in juribus tuis in Lucidæ Vallis Asceterium, cujus prævertendæ causa, Nostras ad eum in tui gratiam jampridem scripseramus, in magnam spem Nos erexerunt, fore ut eodem interdicante Apostolicæ auctoritatis calculo transigi queat, et Episcopi, ac Abbatis jura utrinque sanciri, suisque justis limitibus circumscribi: quapropter cum audierimus eundem dilectum Filium Nobilem Virum communicavisse tecum literas Nostras, ejus quoque responsum tibi significandum esse censuimus, ut quinam sint obices Jurisdictioni tuæ per dictum Abbatem oppositi quamprimum benevole illi aperias, quo possit totius controversiæ statum Nobis referre, quemadmodum pollicetur, ut rationum momentis hinc inde perpensis, quid de ineunda concordia statuendum sit, possimus incipere, atque interea benevolentia Nostræ testimonium ac pignus accipito Apostolicam Benedictionem, quam tibi Ven. Frater, peramanter largimur. Datum Romæ etc. xv. Augusti MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno quarto.

Dat die 3. Sept.  
1761. Ann. IV.

CCXLVIII.



Decretum Congregationis Cardinalium  
Negociis, et Consultoribus Episcopo-  
rum, et Regularium prepositæ, quo  
reformationes, nonnullorum capitum  
Constitutionis ordinis SSmæ Trinitatis  
Redemptionis Captivorum Discal-  
ceatorum approbantur, Apostolica au-  
ctoritate confirmatur, et roboratur.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Referuntur  
Constitutionis  
capita, quæ  
a Diffinitorio  
Generali refor-  
mata fuerunt.

§. 1. **N**uper pro parte Dilectorum  
Filiorum Diffinitorii Generalis, ac Fra-  
trum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Re-  
demptionis Captivorum Discalceatorum  
nuncupatorum Congregationi Venerabili-  
ssimum Fratrum Nostrorum Sanctæ Ro-  
manæ Ecclesiæ Cardinalium Negotiis,  
et Consultationibus Episcoporum, et Re-  
gularium præpositæ exposito, quod ipsi  
exponentes experientia comperitum ha-  
bebant, quod nonnullæ ejusdem Ordinis  
Constitutiones sine gravibus incon-  
venientibus, et Fratrum gravamine ad  
usum deducibiles minime erant, ac  
nonnulla earum Constitutionum capita  
reformatione indigebant, prout juxta  
votum Dilecti Filiij Nostri Joannis Con-  
stantii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præ-  
dictæ Diaconi Cardinalis Caracciolo nuncu-  
pati, ipsius Ordinis apud Nos, et Apo-  
stolicam hanc Sedem Protectoris refor-  
maverant sequenti modo = Primo = decre-  
vit Diffinitorium, resolutiones Capituli  
Conventualis minime determinandas  
esse a cunctis Sacerdotibus, sed a sa-  
niori ac nobiliori Communitatis par-  
te, quam assignabit Provincialis cum  
suo Provinciali Diffinitorio: Sic tamen,  
ut Religiosi usque nunc Professi re-  
maneant cum voto in Capitulis Con-  
ventualibus; reliqui vero, qui postmo-  
dum fuerint Professi in prædictis Ca-  
pitulis votum non habeant = Item de-  
crevit diffinitorium, matutinum, cum  
laudibus dicendum esse in Collegiis ho-  
ra quarta post meridiem, et singu-  
lis indefectibiliter diebus studiis li-  
terarum vacandum ab ora sexta usque  
ad septimam cum dimidia, tam intra  
cursum, quam extra cursum litera-  
rum, et immediate post sumendam  
esse cœnam, aut refectiunculam so-  
litam in diebus jejunii = Item decre-  
vit, quod cuncti, qui fuerint Supe-  
riores Generales Ordinis aut Familiæ  
in toto pariter Ordine, aut Familia

» eos, qui tales non fuerint. præcedant  
» in actibus Communitatis, demptis  
» actualibus Prælati, et quod extra do-  
» num, meliorem locum obtineant =  
» Item qui fuerint Diffinitores Genera-  
» les Ordinis, aut Familiæ, præcedant  
» eos, qui tales non fuerint, in toto  
» Ordine aut Familia. Qui fuerint Mi-  
» nistri Provinciales, eos qui tales non  
» fuerint intra Provinciam suam. Qui  
» fuerint Diffinitores Provinciales, Re-  
» demptores, Procuratores Generales  
» Curia Pontificiæ, aut Regiæ, Mini-  
» stri Conventuales, Sacræ Theologiæ  
» Lectores, Secretarii Generales, qui  
» fuerint, nec non Prædicatores, qui  
» sunt aut fuerunt cum Litteris paten-  
» tibus Patrum Provincialium, et tem-  
» pus a lege requisitum, ut possint eli-  
» gi in Prælatos, laudabiliter expleve-  
» rint, hi omnes præcedant ordine quo  
» nominati sunt cæteros omnes, qui  
» prædictis muneribus non fuerint fun-  
» cti. Si autem plures eodem munere  
» functi in eadem Communitate fuerint  
» reperti, antiquior in professione mi-  
» nus antiquum præcedat. Hoc idem re-  
» spectively servandum est quoad melio-  
» rem locum, dum nostri e domo exie-  
» rint: = Item decrevit diffinitorium, quod  
» nostri Patres Magistri Generales, qui  
» fuerint, habeant privilegia, et exem-  
» tiones, quas leges nostræ concedunt  
» actualibus S. Theologiæ Lectoribus,  
» actualibusque Diffinitoribus Generali-  
» bus Ordinis excepto loco, quem de-  
» bent habere, ut supra dictum est =  
» Item decrevit Diffinitorium, quod hi,  
» qui fuerint Diffinitores Ordinis, aut  
» Familiæ, nec non qui fuerint Mini-  
» stri Provinciales, Lectorum privile-  
» giis in Ordine, Familia, aut Provin-  
» cia sua respective gaudeant. Qui fue-  
» rint Diffinitores Provinciales, Redem-  
» ptores, Procuratores Generales Curia  
» Pontificiæ, aut Regiæ, et Secretarii  
» Generales, qui per novem annos fue-  
» rint Sacræ Theologiæ Lectores, aut  
» Prædicatores a suis Provincialibus as-  
» signati, exempti sint ab officiis com-  
» munitatis tabulæ, excepto humilitatis  
» officio, et a matutinis media nocte  
» recitandis, exceptis solemnibus sive  
» classicis. Prædicatores autem actua-  
» les non modo teneatur ad conciones,  
» quæ ex lege, aut more statutæ sunt  
» in nostris domibus, verum etiam ad  
» eas, quas Patres Ministri eis assi-  
» gnaverint. Monemus tamen Patres Mi-  
» nistros, ut hac in re prudenter se-  
» gerant. Ac propterea plurimum cupi-  
» ebant, ut prædictæ reformationes



„ per eandem Cardinalium Congrega-  
 „ tionem approbarentur, et confirma-  
 „ rentur. Emanavit ab ipsa Cardina-  
 „ lium Congregatione Decretum teno-  
 „ ris sequentis, nempe = *Sacra Con-  
 „ gregatio Eminentissimorum, et Re-  
 „ verendissimorum S. E. R. Cardina-  
 „ lium Negotiis, et Consultationibus  
 „ Episcoporum, et Regularium præpo-  
 „ sita, attenta relatione Emi Carac-  
 „ ciolo de Sancto Bono præfati Ordinis  
 „ apud Sanctam Sedem Protectoris, ac  
 „ Patris Procuratoris Generalis, refe-  
 „ rente Regia Celsitudine Eminentissi-  
 „ mi Ducis Eboracensis Ponentis, supra  
 „ scripta Decreta Diffinitorii Generalis  
 „ in surrenti anno MDCCLXI. ema-  
 „ nata benigne approbavit Romæ XXI.  
 „ Augusti MDCCLXI. = G. A. Car-  
 „ dinalis Cavalchini = S. Bonaccorsi  
 „ Secretarius.*

Postulatio pro  
 Decreti Con-  
 gregationis ad-  
 probatione,  
 quod Pontifi-  
 cis auctoritate  
 roboratur, et  
 observari man-  
 datur

§. 2. Cum autem, sicut dilectus  
 Filius Modernus Procurator Generalis  
 ejusdem Ordinis, nomine memorati Dif-  
 finitorii Generalis, Nobis subinde expo-  
 ni fecit ipse, Decretum hujusmodi,  
 quo firmiter subsistat, et servetur ex-  
 actius, Apostolica confirmatione Nostræ  
 patrocinio communiri summopere cupiat;  
 Nos ipsum Procuratorem Gene-  
 ralem hac in re, quantum cum Domi-  
 no possumus favorabiliter annuere vo-  
 lentes, eumque a quibusvis excom-  
 municationis, suspensionis, et interdi-  
 cti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,  
 censuris, et pœnis; a jure, vel ab ho-  
 mine, quavis, occasione, vel causa la-  
 tis, si quibus quomodolibet, innodatus  
 existit, ad effectum præsentium  
 dumtaxat consequendum, harum serie  
 absolventes, et absolutum fore censen-  
 tes, supplicationibus ejus nomine Nobis  
 super hoc humiliter porrectis inclinati,  
 Decretum præinsertum auctoritate Apo-  
 stolica, tenore præsentium approbamus,  
 et confirmamus, illique inviolabilis Apo-  
 stolice firmitatis robor adjicimus. Sal-  
 va tamen semper in præmissis aucto-  
 ritate memoratæ Congregationis Cardi-  
 nalium.

Clausula subla-  
 ta, et decretum  
 irritans atque  
 contrarium  
 derogatio

§. 3. Decernentes, easdem præsen-  
 tes Literas semper firmas, validas, et  
 efficaces exirtere, et fore, suosque ple-  
 narios, et integros effectus sortiri et  
 obtinere, ac illis, ad quos spectat, et  
 pro tempore quodcumque spectabit,  
 plenissime suffragari, sicque in præ-  
 missis per quoscumque Judices Ordina-  
 rios, et Delegatos, etiam causarum  
 Palatii Apostolice Auditorum, judicari,  
 et definiri debere, ac irritum, et inane,  
 si secus super his a quoquam

quamvis auctoritate, scienter, aut igno-  
 ranter contigerit, attentari; Non ob-  
 stantibus præmissis, ac Constitutionibus,  
 et Ordinationibus Apostolicis, nec  
 non dicti Ordinis, etiam juramento,  
 confirmatione Apostolica, vel quavis  
 firmitate alta roboratis statutis, et con-  
 suetudinibus, privilegiis quoque, idul-  
 tis, et Literis Apostolicis in contrarium  
 præmissorum quomodolibet concessis  
 confirmatis, et innovatis. Quibus om-  
 nibus, et singulis, illorum tenores præ-  
 sentibus pro plene, et sufficienter ex-  
 pressis, ac de verbo ad verbum inser-  
 tis habentes, illis alias in suo robore  
 permansuris, ad præmissorum effectum  
 hac vice dumtaxat specialiter, et ex-  
 presse derogamus, cæterisque contrariis  
 quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam  
 Mariam Majorem sub annulo Piscatoris,  
 die III. Septembris MDCCLXI.  
 Pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLIX.



Dal. die 7. Sept.  
 1761 Anu. IV.

Suppressio Conventus Monialium S. Olal-  
 læ de Meridia Militiæ S. Jacobi de  
 Spatha, nec non alterius S. Petri de  
 Broxas ejusdem Ordinis atque in-  
 corporatio et unio primi cum Con-  
 ventu S. Crucis Vallisoletanæ, et se-  
 cundi cum Conventu S. Spiritus de  
 Alcantera ab Hispaniarum Catholico  
 Rege facta, tamquam Administratore  
 perpetuo Militiæ præfate S. Jacobi  
 de Spatha, et de Alcantera, Apo-  
 stolica auctoritate approbatur, con-  
 firmatur, et exequi mandatur, datis  
 peculiaribus regulis pro exequutione.

*Hispaniam Regi tamquam Administra-  
 tori perpetuo Militiæ S. Jacobi de Spa-  
 tha facultas tributa fuit eligendi Prio-  
 rem Conventuum Militiæ, quoties vo-  
 cales eorum suffragiis in electionem  
 Prioris minime convenerint, per hu-  
 jus Pontificis Const. diei 15 Sept. 1758  
 relat. Tom. I. sub N. XI. pag. 35.*

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Nuper pro parte Carissimi  
 in Christo filii Nostri Karoli Hispania-  
 rum Regis Catholici Nobis expositum  
 fuit, quod postquam ipse Karolus Rex,  
 qui Militiarum Sancti Jacobi de Spa-  
 tha, et de Alcantera administrator per-  
 petuus, auctoritate Apostolica deputa-

Recensentur  
 incomoda, ex  
 actuali separa-  
 tione quatuor  
 Monasterio-  
 rum derivantia

tus existit, acceperat, quod in oppido, Civitate nuncupato de Meridia, territorio ejusdem Militiæ S. Jacobi Conventus sub invocatione Sanctæ Otillæ nuncupatus Religiosarum ipsius Militiæ, erectus, fundatusque, reperitur tam pauper, et egenus, ut illius Religiosæ, quæ de præsentis septem dumtaxat, et quatuor Ancillæ Sæculares, vel Laicæ in eo numerantur, et a Communitate nullum aliud auxilium, alimentumque, quam lumen, panem, et aquam unice recipiant, attenta annuorum Conventus hujusmodi reddituum tenuitate, qui summam undecim millium noningentorum sexaginta novem Regalium monetæ illarum partium de præsentis minime excedunt, et quorum major pars in Divini Cultus servitium, in ministros, et illos inservientes, aliasque expensas necessario faciendas impenditur, et dividitur, quippe quæ Religiosæ, ipsius Conventus propriam Ecclesiam minime habent, ac Parochiali Ecclesia contentina utuntur, proprioque Conventu carent, dum conjunctio nonnullarum ædium Fabricæ parum tutæ, continuis, dispendiosisque reparationibus subjectæ, et in loco haud commodo, ac insalubri cælo positarum, ipsum Conventum nonstituit, eaque de causa, tempore, quo Cla. me. Philippus II. dum vixit earundem Hispaniarum Rex Catholicus in humanis agebat, sermo habitus fuit pro assignatione alterius loci, in quo novus Conventus construi deberet, ut Religiosæ hujusmodi collocari valerent; ac etiam in Civitate Vallisoletana alius Conventus existit earundem Religiosarum sub titulo Sanctæ Crucis, in quo de præsentis reperiuntur tresdecim Religiosæ expresse Professæ, duæ Novitiæ, et quinque ancillæ, non ita pauper prout alius de Merida, sed satis talis, ut illius Religiosæ magna difficultate existere possint, attento, quod illius annui redditus summam viginti millium quingentorum viginti quinque Regalium monetæ prædictæ vix constituunt, quando Religiosæ ejusmodi Conventus totidem alia summa indigent, eo magis quod secundo dictus Conventus ita vetus, ac dirutus, et Religiosarum Cellæ indecentes, et incommodæ remanent, et reperiuntur, ac demum existunt in Villis de Alcantara, et de Broxas nuncupatæ duo alii Conventus Militiæ de Alcantara Religiosarum dictæ Militiæ, primus quidem sub Invocatione Sancti Spiritus, in quo septem dumtaxat Religiosæ reperiuntur, annuos redditus decem, et septem millium sexcentorum quin-

quaginta Regalium paris monetæ, alter vero sub titulo S. Petri, in quo quinque Religiosæ totam Communitatem solummodo constituunt, vix annuos redditus novem millium Regalium parium habent, gravati oneribus, et expensis necessariis pro servitio Ecclesiarum et manutentione Ministrorum, aliorumque inservientium, et dependentium, qui majorem utriusque Conventuum hujusmodi annuorum reddituum partem absumunt, ac præter, et ultra hujusmodi incommoda Conventus de Broxas ita angustus est, ut non obstante parvo Religiosarum numero, quæ semper in eo remanserunt, Religiosæ ipsæ magno cum notabili incommodo vivere pergunt attento, quod Fabrica hujusmodi Conventus deterior facta est, ita, ut ad illum aliquo modo tutum reddendum quamplurimæ, et magni momenti expensæ assiduo faciendæ veniant, ac hujusmodi Conventus Religiosæ Ecclesia etiam carent, ac in illius supplementum simplex Oratorium habent, quod alias ad usum Locutoriæ vulgo Parlatorio destinatum fuerat, et etiamsi transactis temporibus fabrica Ecclesiæ inchoata fuerit, nihilominus ab ipso initio, ac de præsentis imperfecta remanere conspiciatur, ac certior factus, quod attento præsentis quatuor Conventuum statu necesse erat, pro illarum manutentione, et conservatione, intuitu illorum Religiosarum qualitatis, generis Nobilitatis, nec non statutorum, ut convenientes annui redditus assignarentur, et cum effectu donatio aliorum honorum stabilium faciendæ, et summa magni momenti pro Fabricis tam Conventuum prædictorum, quam illorum respective Ecclesiarum concedendæ, et impendendæ esset, quodque claræ itidem memoriæ Ferdinandus Sextus, dum pariter vixit ipsarum Hispaniarum Rex Catholicus, consideratis itaque cum commiseratione tot urgentibus causis, cognita etiam impossibilitate necessarij subsidij mature quoque perpendens, quod si Conventus prædicti, et illorum Religiosæ usque nunc se se servari potuerunt alienæ a quibusvis discriminibus, id solum evenerat propter frequentes ingentesque elemosynas, auxiliumque, quæ ex annuis redditibus ad Mensam Magistralem Militiarum hujusmodi spectantibus, aliisque effectibus distributæ, et suppeditatæ fuerant etiamsi Conventus prædicti ad Juspatronatus Regium minime pertineant, sed dumtaxat idem Ferdinandus Rex id expleverat uti Superior, et Administrator perpetuus omnium Mili-

tiarum hujusmodi, ac insuper idem Ferdinandus Rex repetitas cognitiones, et justificationes super hujusmodi grave, et sollicitum negotium inquirere non prætermiserat, ac de præmissis omnibus ea, quæ par erat, prudentia, studio, et diligentia una cum consilio Ordinum mature examinare curaverat, posthabitas nonnullas consultationes compertum habuit totum id, quod expositum erat, veritati niti, et comprobatum remanere, consideratis insuper gravibus incommodis, ac notis periculis, quibus dictæ Religiosæ manifeste expositæ existebant, quippe quæ absque Conventibus, in quibus commode ac tuto consistere, absque Ecclesiis, in quibus Sacras Functiones cum decentia, ac solemnitate Divino cultui convenientes peragi facere, absque redditibus ad victum, vestitumque necessariis, quibus se se juxta earum statum, ac dignitatem decentius exhibere, ac vivere absque sufficienti in omnibus Conventibus prædictis numero, quo Communitatem servare possent, reperiabantur.

Quæ fuerint remedia concepta a Ferdinando VI. Hispaniarum Rege ad quatuor Monasteriorum levamen, atque auxilium

§. 2. In hoc rerum statu pro unione, incorporatione, et aggregatione primodicti Conventus S. Olallæ de Merida Conventui S. Crucis Vallisoletanæ memoratæ Militiæ Sancti Jacobi de Spatha, ac secundodicti Conventus Sancti Petri de Broxas memorato Conventui S. Spiritus de Alcantera ejusdem Militiæ de Alcantera, attento, quod Conventus S. Spiritus, et S. Crucis hujusmodi in optima existimatione, et celebritate tam propter amplitudinem fabricæ in meliorem formam constructæ, et comparatæ, quam propter loca, ubi existunt nempe Civitatis Vallisoletanæ, et Villæ de Alcantera, que Capitalia sunt utriusque territorii tum in spiritualibus, tum in temporalibus præter, et ultra alias extimatione dignas circumstantias, quæ in sæpeditis Conventibus de Meridia, et Broxas minime habentur, suum consensum præbuit, illasque decrevit, ac indixit; In vim vero hujusmodi consultationis, et decreti, non obstante quod Religiosæ primodictorum duorum Conventuum decreto hujusmodi repugnassent, ac per interpositas personas illud adversari fecissent, et unio, et incorporatio earum respective Conventuum cum aliis secundodictis Conventibus, ad decretum prædictum inde editum nullum existeret, nihilominus cum contradictio peracta inanis, ac nullius roboris, et momenti habita, et existimata fuerit, dictus Ferdinandus Rex, mandavit, ut ab Apostolica hac Sancta Se-

de facultas, et licentia in præmissis necessaria obtineri deberet, quo primodicti duo Conventus secundodictis aliis Conventibus unirentur, et incorporarentur, ac unio, et incorporatio hujusmodi debitæ executioni mandaretur.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ipse Karolus Rex vestigiis ipsius Ferdinandus Regis in eisdem præmissis insistere cupiens unionem, incorporationemque primodictorum Conventuum secundodictis Conventibus per Nos concedi, et demandari summopere cupiat, dum unio, et incorporatio hujusmodi ad nil aliud, quam ad commodum, utilitatemque primodictorum Conventuum, et illorum respective Religiosarum pertinet, quoniam ex unione, et incorporatione prædicta in quolibet ex secundodictis Conventibus numerus Monialium ita completus remaneret, et existeret, ut perfecta Communitas constitueretur, et dici poterit, ac annui utriusque Conventus hujusmodi redditus una eum consuetis elemosynis pro decenti Religiosarum mantentione, et assistentia sufficerent, eo magis si consideretur, quod distributio effectuum, et reddituum, quos dictæ Religiosæ ex Magistrali Mensa ad præsens percipiunt, inter quatuor Conventus facienda venit, sequuta unione, et incorporatione prædicta inter duos Conventus tantum in posterum dividenda erit, et facile tunc spes haberi potest, ut superextantes annui redditus, et fructus in reparationibus, et augmentum Fabricarum secundodictorum Conventuum impendi, et erogari possint. Nobis propterea dictus Karolus Rex humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Non igitur piis ipsius Karoli Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Conventum Sanctæ Olallæ nuncupatum Oppidi Civitatis etiam nuncupatæ de Merida Sancti Jacobi de Spatha, nec non Conventum Sancti Petri Villæ de Broxas respective Militiarum de Alcantera, auctoritate Apostolica, tenore præsentium supprimimus, extinguimus, et abolemus ac nunc pro tunc, et quando præsentibus Nostræ Litteræ suum sortitæ fuerint effectum, prædictos duos Conventus pro suppressis, et abolitis, et extinctis esse, et fore decernimus, volumus, et mandamus. Insuper Religiosas Conventus Sanctæ

Nil melius prospiciendum esse Monasteriorum utilitati constitit quam per binorum suppressionem, aliorumque lincis aliis incorporationem.

Pontifex propositam a Catholico Rege suppressionem respectivamque unionem approbat, datis pro hujus executione peculiaribus regulis

Olallæ prædictæ Militiæ Santi Jacobi de Spatha Conventui S. Crucis Civitatis Vallisoletanæ ejusdem Militiæ, ac Religiosas conventus Sancti Petri de Broxas Militiæ de Alcantera Conventui Sancti Spiritus Villæ de Alcantera ipsius Militiæ, nec non bona mobilia, et immobilia in quibusvis rebus consistentia, ex undecumque provenientia, census, domos, vineas, possessiones, annosque fructus, redditus, proventus, jura, actiones, onera, privilegia, ac suppellectilia sacra, et prophana quæcumque ad Conventus Sanctæ Olallæ, et Sancti Petri prædictos respective quomodocumque spectantia, et pertinentia, ac pro usu, commodo, et utilitate illorum Religiosarum, empta, donata, et acquisita, ac relicta quovismodo tam Conventui Sanctæ Crucis, quam Coaventui S. Spiritus prædictis, auctoritate, et tenore præfatis perpetuo transferimus, unimus, et incorporamus, et anectimus, ac Religiosas Conventus Sanctæ Olallæ, ac Conventus Sanctæ Crucis, nec non illius Sancti Petri de Broxas, et Sancti Spiritus de Alcantera duos dumtaxat Conventus in posterum, ac illorum respective bona quæcumque mobilia, et immobilia in quibusvis rebus consistentia, et undecumque provenientia, ac census, domos, vineas, possessiones, illorumque annuos fructus, redditus, proventus, jura, actiones, credita, onera, privilegia, suppellectilia sacra, et prophana prædicta, unita, incorporata, ac annexa fore, et esse, auctoritate, et tenore præsentis decernimus, statuimus, volumus, et declaramus. Ac insuper Religiosas conventus Sanctæ Olallæ de Merida ad Conventum Sanctæ Crucis Vallisoletanum Militiæ S. Jacobi de Spatha, aliasque Religiosas Conventus Sancti Petri de Broxas ad Conventum Sancti Spiritus Villæ de Alcantera prædictæ Militiæ, absque eo, quod Religiosæ hujusmodi in unoquoque ex dictis duobus Conventibus existentes ad secundoduos dictos Conventus transferendæ, in novo Conventu, in quo transferri contingat, novum Novitiatum, seu probationis annum peragere teneantur, auctoritate, et tenore hujusmodi transferimus, et transferendas esse præcipimus, ac ipsis Religiosis primodictorum Conventuum Sanctæ Olallæ, et Sancti Petri, in virtute sanctæ obedientiæ translationem de earum respective personis faciendam mandamus, ita tamen, ut translatio earumdem Religiosarum Rhedis, seu lecticis comitantibus honestis matronis, ac si

commode fieri possit proximioribus consanguineis ipsarum Religiosarum transferendarum, ac illarum respective superioribus, seu aliis Viris gravibus honestæ vitæ, et famæ recta via, et sine ulla ad extraneum locum diversione fiat, et si contingat per viam pernoctare, vel cibum sumere, id in aliqua honesta domo, non vero in publicis tabernis, assistentibus semper dictis matronis, seu consanguineis, sequatur, et in reliquis ea omnia, quæ circa hujusmodi Religiosarum translationem per Sacros Canones, Concilium Tridentinum, et Apostolicas Constitutiones præscripta sunt, religiose serventur, demum memoratæ Religiosæ sic transferendæ, postquam ad dictos Conventus respective translatae fuerint, sub obedientia, visitatione, et correctione tam in spiritualibus, quam in temporalibus eidem Karolo, seu pro tempore existentibus ipsarum Hispaniarum Regibus uti administratoribus perpetuis Militiarum prædictarum, ac illarum superioribus, et ordinum consilio remaneant, et remanere debeant, et teneantur.

§. 5 Decernentes easdem præsentibus Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, et Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoraute contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac Conventuum, et Militiarum hujusmodi etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die septima Septembris millesimo septingentesimo, sexagesimo Primo, Pontificatus Nostri anno quarto.

## CCXLIX.

Venerabilem Dei Servum Gregorium Barbadigum S.R.E. Cardinalem, et Episcopum Patavinum inter Beatorum numerum adscribi, et publice venerari, atque pie coli, Constitutione hac prescribitur.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **I**nter assiduas tribulationum angustias, quibus catholica angitur, et vexatur Ecclesia, et juges lacrymas, quibus animarum quotidie misere pereuntium jacturam deplorat, superna Dei bonitas mœrorem piæ matris solari, et lacrymas abstergere non desinit triumphis filiorum suorum, qui carnis spretis illecebris, diabolicis superatis insidiis, et terroribus sæculi conculcatis, præclaram de seipsis, de mundo, de infernali hoste victoriam retulerunt. Ex horum numero fuit memoria nostra Dei Servus Gregorius Cardinalis Barbadigus, cujus eximiam peractæ vitæ sanctitatem, dum adhuc in minoribus essemus, singulari semper veneratione prosequuti sumus, assumpti postea in Cardinalium Collegium, et Ecclesiæ Patavinæ præfecti ejus sanctissima opera, quæ in virtute Domini fortiter gessit, cum illustria adhuc ibi superessent eorum vestigia, et monumenta, propius, et quasi Nostris ipsis oculis inspeximus, et admirati sumus. Quare, cum ad B. Petri cathedram imperscrutabili divinæ clementiæ consilio immerentes, et inviti evecti fuerimus, et cum sub Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris diligenter servatis omnibus, quæ juxta ecclesiasticos canones, et Apostolicas constitutiones servanda erant, causa Servi Dei, cælesti incepta auxilio, secundo cursu progre-

*Bull. Rom. Tom. II.*

deretur, et felicem, Deo annuente, ominaretur exitum, Apostolicæ Nostræ servitutis officium esse duximus, tantum virtutis lumen amplius latere minime pati; sed supra candelabrum ponere, ut luceat omnibus, qui in domo Dei sunt, et præcipue Ecclesiarum Pastoribus, ut in custodiendo Dominico grege eximia autem oculos habeant exempla virtutum, quibus sectandis armentur ad pugnam, coronentur ad gloriam.

§. 2. Is enim claris parentibus ortus, nobilitatem generis, virtutum præstantia superavit. Clericali militiæ adscriptus, per omnes ecclesiasticos ordinum gradus, humilis, et modestus, et quales Dei Sacerdotes esse decet, ad sublimem Episcopatus, et deinde Cardinalatus honorem ascendit, et exemplo divini Magistri, qui ne rex fieret, se abscondit, Cardinalibus in Apostolicis comitiis conspirantibus, vim quodammodo fecit, non ut Pontifex fieret sed ne Pontificatum coactus acciperet. In Pastoralis autem munere obeundo Sanctum Carolum Borromæum sibi imitandum proposuit, ejusque virtutes in se mirabiliter expressit. Nam in omnibus se exhibuit sicut Dei Ministrum; in solandis miseris impigrum, in sublevandis egenis munificum, in promovenda Christiana cathesi sollicitum, in instituendo erudiendoque Clero eximium, in revocandis errantibus anxium, in tolerandis injuriis mitem, in demerendis inimicis singularem, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in charitate non ficta. Hac enim divina virtute incensus, mundanis omnibus, et vita ipsa pro gloria Dei, et salute animarum contempta, cœlestia cupiens, et terrena fastidians, bonus Pastor ovibus suis in semita Domini, in via salutis prævit. Itaque bono certamine decertato, cursu consummato, et fide servata, mercedem laborum suorum, et coronam justitiæ a Principe Pastorum relaturus, mortalibus relictis exuviis, migravit in Cælum.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, processibus de Apostolicæ Sedis licentia confectis super vitæ sanctitate, et virtutibus tam theologis, quam moralibus in gradu heroico, quibus idem Servus Dei Gregorius Cardinalis Barbadigus Episcopus prius Bergomensis, postea Patavinus multipliciter claruisse: nec non miraculis, quæ ad ejus intercessionem, et ad ma-

Vita, et virtutes Venerabilis Servi Dei breviter exponuntur.

Dat. die 11. Sep. 1761. Ann. IV.

Venerabilis Barbadigus Clementi XIII. in Patavino Episcopatu Prædecessor fuit.

Sacra Rituum Congregatio rebus bene discussis censuit, Venerabilem Dei Servum in Beatorum numerum esse accensendum.

nifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserebantur, eadem Congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam Consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit posse, quandocumque Nobis videretur, prædictum Servum Dei Beatum declarari cum solitis indulgiis.

Pontifex Venerabilem Dei Servum, Beati nominis nuncupari, ejusque Corpus, et Reliquias venerari a Fidelibus jubet.

§. 4. Hinc est, quod nos piis, atque enixis charissimorum in Christo filiorum nostrorum Regum, aliorumque sublimium catholicorum Principum et potissimum dilectorum Nobis filiorum nobilium virorum Ducis, et Reipublicæ Venetorum, nec non quamplurimum ex venerabilibus fratribus Archiepiscopis, et Episcopis, et dilectis filiis Capitulis, et Canonicis Metropolitanarum, et Cathedralium Ecclesiarum, tum etiam Generalium Præsidentum Ordinum Regularium, publicarum Accademiarum, Collegiorum, aliorumque ecclesiasticorum, et sæcularium cœtuum supplicationibus Sedi Apostolicæ, et Nobis humiliter porrectis inclinati, de memoratæ Congregationis Cardinalium consilio, et assensu, auctoritate Apostolica, tenore præsentium ad majorem Dei gloriam, et Ecclesiæ quidem universæ, præsertim tam ordinis Episcopalis, in quo tanta cum laude Servus Dei se gessit, tum dignitatis Cardinalitæ, cujus decus fuit, et ornamentum, indulgemus, ut idem Dei Servus Gregorius Barbadigus in posterum Beati nominis nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in processionibus circumferendæ) exponantur: imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, et de eo quotannis die XVIII. mensis Junii recitetur Officium, et Missa de communi Confessoris Pontificis cum Orationibus a Nobis approbatis juxta rubricas Breviarii, et Missalis Romani. Porro recitationem Officij, et Missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in Civitate Venetiarum, ubi natus est, et in Diœcesibus tam Bergomensi, quam Patavina, quibus Episcopus præfuit ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam Sæcularibus, quam Regularibus, qui ad horas canonicas tenentur: et quantum ad Missas attinet etiam ab omnibus Sacerdotibus ad Ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus.

Quæ peragenda sint primo Beatificationis anno præscribuntur.

§. 5. Præterea primo anno, a datis hisce literis, in Ecclesiis Civitatum, et Diœcesum antedictarum solemnia Beatificationis ipsius Servi Dei cum Officio, et Missa sub ritu duplici majori,

die ab Ordinariis respective constituta, postquam in Basilica nostra S. Petri in Vaticano de Urbe celebrata fuerint eadem solemnia (pro qua re diem excurrentis mensis assignamus), pariter celebrandi facimus potestatem.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu Secretarii dictæ Congregationis Cardinalium subscriptis, et sigillo Præfecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, et ubique tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xi. mensis Septembris MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis

CCL.

Dat. die 17. Sep. 1761. Annu 17.

Qui ex Ordine Minimorum S. Francisci de Observantia Reformati Religiosi viri Sacras Missiones in Albania et Macedonia viginti Annis peregerint adnumerari Secretariis Generalibus indulgetur, facta tamen lege, ut ultimum teneant locum inter Provinciae Patres.

*Literæ Clementis IX. diei 10. Septembris 1668 de quibus in præsentibus sermo est non reperiuntur impressæ in Bullario Mainardi.*

Clemens Papa XIII.  
Ad futuram rei memoriam

§. 1. Inter animi Nostri desideria, illud potissimum cordi Nostro inhæret, ut fructus, quos Sacer Minorum S. Francisci Ordo in agro militantis Ecclesiæ afferre non desinit, non solum provisione Nostra succrescant, verum etiam, sublatis ab eis impedimentis, multimodis afferantur incrementis. Cum itaque sicut Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales, negociis Propagandæ Fidei præpositi, Nobis nuper exponi fecerunt, Missiones Albanicæ, et Mæcedonicæ quibus Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum inserviunt, idoneis ut plurimum Operariis deficient, eo quod Fratres Ordinis præfati ad illas accedentes, post duodennium comple-

Referuntur causæ præsentis concessionis

tum, ad proprias Provincias, absque ullo laborum suorum præmio redire cogantur, ac proinde religiosi eorum labores, aliquo honoris præmio decorari debere videantur.

Fratribus minoribus de Observantia per viginti annos in Missionibus operam navantibus gradum Secretarii Generalis tribuit

§. 2. Nos ex commissæ Nobis cælestis dispensationis munere, illorum honorificentiam consulere cupientes, ac Cardinalium præfatorum supplicationibus Nobis super hoc porrectis inclinati, Fratribus dicti Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, sacras in Albaniam, et Macedoniam partibus Missiones peragentibus, qui per spatium viginti annorum in præfatis Missionibus se laudabiliter gesserint, ejusque rei testimonia, cæterorum Missionariorum sive majoris illorum partis habuerint, ut omnibus, et singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, favoribus, gratiis, et indultis, ac præcedentiis, quibus Fratres dicti Ordinis, qui Secretarii Generales fuerint, dummodo tamen Patribus Provinciæ nulla modo præcedant, sed ultimum locum, semper post ipsos obtineant, ac firma semper ac intacta manente regula, in quibusdam, felic. rec. Clementis Papæ IX. prædecessoris Nostri Literis contenta, pro illis, qui post duodennium tantum expletum e Missionibus abscesserint die 10 Septembris 1668 expeditis incipientibus *Crediti* tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere libere, et licite possint ac valeant in omnibus, ac per omnia, perinde ac si Secretarii Generalis munere perfuncti fuissent, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Attestatio Ordinariorum requiritur.

§. 3. Cum hac conditione tamen, quod Missionarii præfati Ordinis, attestatum habeant Ordinariorum locorum, ubi sacras exercuerunt Missiones.

Clausula sublatæ, et deactum irritans,

§. 4. Decernentes, easdem præsentibus literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, at integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, ac pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiiri debere, ac irritum; et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus *Bull. Rom. Tom. II.*

nibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenoribus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xi. Septembris MDCCLXI. Anno IV. Pontificatus Nostri.

CCLI.

Dat. die 12 Sept. 1761. Ann. IV.

Quantum a Trydentini Concilii sanctionibus adversetur, Episcopos titulares constituere, absque Clero, absque Populo, et absque sede, significat Principi Montis Maurentiaci talem Episcopatum postulanti pro Religioso Viro meritis aliunde præclaro.

*Retulimus supra Num. CLXXXVI. alias Epistolas hujus Pontificis prælaudato Principi Montis Maurentiaci requirenti Episcopatum titulare pro ipso Religioso Viro, cui annuere Pontifex haud duxit, Ecclesiæ neque necessitate, neque utilitate probata, ut videre est hoc Tom. II. pag. 46.*

Dilecto Filio Nobili Viro Principi Montis Maurentiaci.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Filii Nobilis Vir, salutem, et Apostolicam Benedictionem

§. 1. Non est incognita Nobis, neque prænobilis familiaritatis tuae conditio, neque tua in hanc Apostolicam Sedem fides, et observantia, eaque propter dari Nobis occasiones vehementer optarem desiderio tuis gratificandi: sed pro ea, qua polles, prudentia, intelligere te minime dubitamus, non omnia quæ a Romano Pontifice postulantur, ex arbitrio solius voluntatis pendere, verum ad Sacrorum Canonum normam quamplura diligenter sunt expendenda: etsi igitur literis tuis

Non omnia quæ a Pontifice postulantur, ab ejusdem pendunt voluntate, sed ad Sacrorum Canonum normam sunt expendenda

plenam adhibuerimus fidem, plurimumque lætati simus in Domino, quod dilectus Filius Crysostomus Ordinis Carmelitici Excalceatorum sedulam Catholicæ Religionis cultui navet operam in Amstelodamensi sacello Gallicæ Legationis, et in verbi Dei prædicatione potissimum excellat, non idcirco tamen titulo Episcopi, ut vocant, in partibus Infidelium potest insigniri.

Trydentinum Concilium abhoret ab Episcopis titularibus, absque Clero, populo, et sede, nisi gravis necessitas, vel evidens Ecclesiæ concurret utilitas.

§. 2. Quam odiosi sint Tridentino Concilio ejusmodi Antistites neque Clerum, neque Populum, neque sedem permanentem habentes, satis comperitur, atque idcirco non sine gravi necessitate, vel evidenti Ecclesiæ utilitate creandi, maxime vero nisi prius honesto patrimonio dotati fuerint, ad vitam, ac dignitatem sine dedecore sustinendam; quæ cum deficient in præsentis rerum circumstantia; summopere dolemus, non posse Nos, uti voluntas esset, petitionibus tuis annuere, hæc eadem significabimus Venerabili Fratri Nostro Enrico Cardinali Episcopo Tusculano Duci Eboracensi, si cum hac de re Nobiscum sermonem instituere contigerit. Cæterum jubeas volumus dictam Crysostomum tranquillo esse animo, ad Nos enim quod spectat, sedulo cavebimus, ne quid hac de re ad ejus Regulares Prælatos emanet, atque interea paternæ benevolentia Nostræ pignus accipito in Apostolica Benedictione quam tibi, Dilecte Fili Nobilis Vir, peramanter largimur. Datum Romæ etc. die XII. Septembris MDCCCLXI. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Concordia, qua, intercedente Catholico Rege, lites inter Episcopum, et Capitulum Cathedralis Cartaginensis in Hispania extinctæ fuere, Apostolica auctoritate confirmatur, et approbatur.

*Litteræ Apostolicæ octavo Kalendas Januarii præsentis anni expeditæ, de quibus in præsentibus mentio est, non repertæ fuere usque adhuc, adeoque suo loco minimæ relatæ, quas tamen si invenire datum erit, referemus in Appendice.*

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **N**uper pro parte Carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum Regis Catholici Nobis expositum fuit, quod alias Venerabilis Frater Didacus Episcopus Carthaginensis, postquam comperit habuerat, quod sex Dignitates, septem Canonici (Canonicatu, et Præbendâ Tribunalis Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem in illis partibus auctoritate Apostolica instituto, perpetuo unitis, et incorporatis minime compræhensis) nec non octo integri, et duodecim dimidij portionarij nuncupati, totum Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Carthaginensis constituebant, quodque servitium dictæ Ecclesiæ a Cappellanis, et Musicis satis, a Capitularibus vero prædictis pariter præstatur, ad effectum eorumdem Capitularium numerum augendi, prout Divini cultus servitium, et dictæ Ecclesiæ celebritas requirebant, auctoritate ordinaria ex annuis fructibus, redditibus, et proventibus ad quatuor ex dictis sex Dignitatibus (exceptis Decanatu, qui inibi major exstitit, et sexta Scolastia nuncupata, quæ juxta concordata inter Sedem Apostolicam, et cl. me. Ferdinandum, dum vixit, eorumdem Hispaniarum Regem Catholicum ultimo loco inita, liberæ dispositioni, et collationi reservata etiam existit) et ad septem Canonicatus, et Præbendas, nec non ad integras octo, et duodecim dimidias portiones hujusmodi spectare, et pertinere certam dictorum fructuum, reddituum, et proventuum ab unaquaque ex dictis dignitatibus, Canonice, Præbendis integris, et dimidiis portionibus quantita-

Concertationum status exponitur.



tem dismembravit, disjunxit, et separavit; ac ex fructibus, redditibus, et proventibus sic a Dignitatibus, Canonicatibus, Præbendis, integris ex dimidiis portionibus, ut præferatur, dismembratis, disjunctis, et separatis, quatuor alias dignitates, aliosque septem Canonicatus, et Præbendas, et quatuor integras, et alias tres novas dimidias portiones erexit, instituit, et fundavit; ea tamen adjecta conditione, ut tres dimidiæ portiones per ipsum Didacum Episcopum, sicut præmittitur, de novo erectæ, et institutæ organorum modulatori, concentus moderatori, ac cæremoniæ Magistro semper assignandæ essent, ac dictis quatuor Dignitatibus, ac septem Canonicatibus, et Præbendis, nec non quatuor integris, et tribus dimidiis portionibus sic de novo erectis, et institutis, ac fundatis pro eorum respective annua dote, fundo, et assignatione, omnes, et singulos annuos fructus, redditus, et proventus a memoratis quatuor Dignitatibus, Canonicatibus, et Præbendis, integrisque, et dimidiis portionibus dismembratos, sejnctos, et separatos respectively cuilibet ex dictis Dignitatibus, Canonicatibus, integrisque, et dimidiis portionibus sic de novo erectis, perpetuo concessit, applicavit, et assignavit, ac insuper et ad præmissum effectum nonnulla alia ad servitium Chori, ac perceptionem distributionum quotidianarum pertinentia, ac onera in posterum adimplenda, ac demum modum in provisionibus, et collationibus dictarum Dignitatum, Canonicatum, integrarum, et dimidiarum portionum de novo, ut præferatur, erectarum tam ad ejusdem Karoli Regis, quam aliorum pro tempore existentium earundem Hispaniarum Regum, juxta concordata prædicta, quam ad sui, et pro tempore existentium Carthaginensium Episcoporum, et Capituli ejusdem Ecclesiæ nominationem observandum, præscripsit, et declaravit, quæ quidem omnia per ipsum Didacum Episcopum ordinaria auctoritate acta, gesta, præscripta, ordinata, et declarata ad supplicationem ipsius Karoli Regis, Nos per quasdam Nostras sub Plumbo decimo octavo Kalendas Januarii datas Litteras, Pontificatus Nostri anno tertio confirmavimus, et approbavimus, ac quoscumque etiam substantiales defectus, si qui desuper in præmissis intervenissent, supplevimus, et sanavimus, et alias prout in dictis Nostris Litteris plenius dicitur contineri.

§. 2. Verum quia in dictis Nostris Litteris quoad lites, quæ inter dictum Didacum Episcopum ex una, et Capitulum dictæ Ecclesiæ ex altera partibus tam quoad Musicam, et Musicos, Cantorem, et Subcantorem, quam quoad totum id, quod supererat ex Præbenda Præceptoris nuncupata vulgo *Avanzi Arretrati della Præbenda Præceptoris*, ac illorum satisfactionem, et solationem vigeant, de illis nulla mentio, nihilque in præmissis dispositum, innovatumque fuit, litesque hujusmodi in statu, et terminis, in quibus reperiebantur, remanserant; ipse Karolus Rex credens illas dirimere, et componere tum Didaco Episcopo, tum Capitulo præfatis dedit in mandatis, ut intra duos menses inde computandos, inter se convenirent, et si contingeret intra dictos duos menses partes prædictas inter se concordare minime esse, Musica extincta, et suppressa remaneret, licet negotium hujusmodi actum, gestumque fuerit, nihilominus nec intra, nec post præscriptum, definitumque tempus propter irreptas hinc inde difficultates confectum, absolutumque remanserit; ipse vero Karolus Rex nunc subortas difficultates per se ipsum mature perpendere curavit, ac cum extimaverit, si pollicitationes pro parte dicti Didaci Episcopi eidem Capitulo factæ, ac multo magis aliæ ipsimet Karolo Regi, ut Musica in dicta Ecclesia assidue peragatur, oblatæ admitterentur, illas in publicam quietem, et Fabricæ ipsius Ecclesiæ utilitatem fore cessuras, ea de causa idem Karolus Rex ad sedandas, componendasque vigentes lites, proprium, et consentaneum esse duxit, statuere quosdam articulos, seu condiciones, aut quamdam concordiam inire tam ab ipso Didaco, et pro tempore existente Episcopo Carthaginensi, quam a Capitulo prædictis deinceps observandas, tenoris sequentis videlicet.

» I. Ut modernus Episcopus, ejusque successores, Fabricæ perpetuo solvant ipsius Musicæ causa Octo millia Regalium vulgo Reali quolibet anno, incipiendo a Kalendis Januarii præsentis Anni 1761., eaque fixa, atque invariabilia tam si accrescerent quam si diminuerentur redditus Dignitatis, vel Fabricæ, aut salaria Musicorum.

» II. Ut eadem de causa ipse modernus Episcopus solvat eidem Fabricæ duodecim millia Regalium similium pro quolibet anno retroacturum, a tempore, quo ipse Episcopa-

Hispaniarum Rex auctoritate adhibuit ad concertationes has terminandas.

Referuntur capitula perfectionis conciliationis ab Hispaniarum Rege proposita

» li dignitate Carthegena fruitur ad finem usque anni proxime elapsi 1760.

» III. Ut redditus trium dimidiarum portionum, qui juxta dispositionem supradictæ Bullæ noviter disponebatur, erigendas esse favore Organistæ, Magistri Cappellæ, et Magistri cæremoniarum, prævia eorum suppressione, remanere debeant favore ejusdem Fabricæ, a qua in posterum dictis tribus individuis stipendia solventur prout usque ad hæc perfungi solita fuit.

» IV. Ut similiter remanere debeant favore Fabricæ redditus dimidiæ portionis Beneficialis de Lorca statim ac vacaverit dignitas Cantoris, ut dispositum fuit in Bulla dictæ confirmationis.

» V. Ut in hujusmodi suppositione usque ab hoc tempore in futurum, solvere debeat dicta Fabrica integre Musicis salaria in posterum decurrenda, et quidquid a præterito debitum, et insolutum sit, comprehensis hoc in numero Subcantoribus, Magistro Cappellæ, Organista, et cæremoniarum Magistro, quin nec pro decursis, nec decurrendis, neque Episcopus, neque Capitulum solvant usque ab initio hujus anni 1761 plusquam respective supra expressum fuit, etiamsi Fabrica dilationem patiatur in percipiendis redditibus dictarum trium dimidiarum portionum, suppressendarum, et dimidiæ portionis Beneficialis de Lorca.

» VI. Ut actualis Cantor solvere debeat tantummodo centum quadraginta ducatos, quos usque adhuc persolvit, et vacante dignitate Cantoris, sortitoque effectu dismembrationis dimidiæ portionis Beneficialis de Lorca favore Fabricæ, nil solvant ejus successores.

» VII. Ut Capitulum per se solum deinceps nominet omnes Musicos, et Subcantores, et unicuique eorum respectiva salaria assignet, quæ unice a Fabrica solvenda erunt, verum hujusmodi salaria neququam augeri possint ultra quam eis assignatum fuit in primo ingressu, neque ipsis aliud accessorium lucrum vulgo *Ajuda de Costa* præberi, neque jubilationem cum salario absque Episcopi pro tempore approbatione.

» VIII. Ut moderatus Episcopus solvere debeat omnes expensas factas in expeditione dictæ confirmationis, aliarumque in expeditione præsentis gratiæ faciendarum,

» IX. Ut spectantibus ad Seminarium Sancti Fulgentii omnibus redditibus, fructibus, et administratione Præbendæ Præceptoris, quibus ex nunc frui integrè debet juxta Instrumentum divisionis, et Bullam confirmationis, ad beneficium ejusdem Fabricæ remaneant redditus quatuor millium tercentorum sexaginta septem Regalium, quos confessum fuit Capitulum annuatim reddere capitalia vulgo *Las Fincas* empta ab ipso Capitulo ex redditibus, qui superfuerunt ex dicta Præbenda Præceptoris, atque etiam centum octoginta millium Regalium parum plus minusve, quæ juxta ipsius Capituli assertionem deposita, atque existentia habere debet in suis capsis provenientia ab ipsis redditibus capitalium impostorum superextantibus supradictis, ad hoc ut prædicta Fabrica possit iis mediis satisfacere Musicis stipendia, quæ ait debita, et decursa, ac decurrenda, donec et usque gaudeat, et perfruatur integre fructibus, et redditibus prædictarum trium dimidiarum portionum suppressendarum, et dimidiæ portionis Beneficialis de Lorca =.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ipse Karolus Rex articulos, seu condiciones, aut concordiam hujusmodi, quo firmiter subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocínio communiri summopere desideret. Nos piis ejusdem Karoli Regis votis hæc in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, ac quascumque lites, et dissensiones præsertim inter Ecclesiasticas personas vigentes dirimere, et componere cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita relatione dilecti filii Magistri Josephi Simonetti Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpetrum Secretarii Nobis facta, præinsertos articulos, seu condiciones, aut concordiam ab eodem Karolo Rege initam, tametsi illa tenori, et dispositioni earundem Nostrarum Literarum, aliqua in parte adversetur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque, et illi inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris et facti defectus etiam substantiales, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

§. 4. Decernentes easdem præren-

Psecas porro utae fuerit praelatorum capitulorum Pontificia approbatione, quam præstare Pontifex duxit.

Clausula sub-  
hiata, et decre-  
tum irritans,

tes literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis prædictæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contra-  
riorum.

§. 5. Non obstantibus dictis Nostris literis, aliisque Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ad dictæ Ecclesiæ, illiusque Capituli etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis, Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xiv Septembris MDCCLXI Pontificatus nostri anno quarto.

CCLIII.

Dat. die 16 Sep-  
1571 Ann. IV.

Doletur quod Apostolici Nuncii jurisdictionis violetur in appellationibus ab iudicatis in prima instantia interpositis, hortaturque Trevirensis Antistitem, ut impedimenta a Trevirensi Curia allata removere curet, et Ecclesiasticam protueatur disciplinam.

*Literæ in quibus et de Limburgensi Præpositura agitur, et de submovendis causis conquestionum inter Curiam Trevirensis, et Apostolicum Nuncium Coloniensem, relatæ superius sunt hoc Tom. II. sub n. CCLVII pag. 104.*

Venerabili Fratri Joanni Philippo  
Archiepiscopo Trevirensi S.R.I.  
Principi Electori.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**x iis, quæ ab initio Pontificatus Nostri usque adhuc tibi exhibuimus paternæ benevolentiae argumentis, equidem sperabamus, duos et amaros nuncios de ista Trevirensi Curia ad Nos quotidie afferendos non fore; nam ut omittamus, quæ de Limburgensi Sacerdotio latius alias Fraternitati tuæ perscripsimus in aliis quas tibi postmodum dedimus literis de Coloniensi Nuncio quidquam leniter attingimus, firma spe freti, quod Nostra facilitate, et Apostolicæ Sedis indulgentia captus ejus dignitatem in Apostolico Nuncio per Administros tuos violari permissurus non esses: Sed quæ postmodum non sine magno animi Nostri dolore rescivimus, de hoc prolixius scribere adigunt, ne Apostolicæ servitutis muneri, quod Nobis imposuit Deus, deesse turpiter videamur.

Præcedentium  
quaerelarum  
causas commem-  
orat.

§. 2. Audivimus, Commune quoddam Wolwart nominatum, minis, et pecuniaria multa prohibitum, ne causam, pro Ludi-Magistro apud se retinendo, in secunda instantia coram Apostolico Nuncio prosequeretur: idem contigisse Capitulo Collegiæ Sancti Florentini Confluentis in alio Prædii cujusdam iudicio, quod Collegium istud Ecclesiasticum sibi pertinere ajebat, demum Sacerdotem Joannem Gerardis, quia ad Apostolicum Nuncium appellaverit, sacris fuisse interdictum, quæ quidem

Quæ nova pat-  
rentur in Ec-  
clesiasticæ di-  
scipline perni-  
cium enun-  
ciat.

agendi ratio levibus adeo adminiculis vult excusari, ut facile omnes intelligant, initum isthic consilium, appellationes omnes ad Apostolicum Nuncium per vim ac metum impediendi: numquid igitur Clerus, ac Populus tuus solo primæ Instantiæ iudicio, quod Locorum Ordinariis a Tridentina Synodo attributum est, contentus esse debet? Numquid is, qui læsus est; vel qui se læsum putat in primâ instantia, confugere nequibit ad Apostolicam Sedem, quæ isthic per Coloniensem Nuncium repræsentatur, an potius cogendus erit ab eodem in eundem Iudicem appellare, vel amarissimo silentio rationum suarum momenta comprimere? Numquid tandem quam dedit Ecclesiæ tuæ misericors Deus sæcularem potentiam, convertes ad Apostolicæ Sedis antiquissima jura, et decora minuenda?

Hortatur Trevirem sem Aristilem ut removeat injusta impedimenta, et disciplinam Ecclesiasticam protueatur.

§. 3. Non possunt hæc in Archiepiscopum tui similem cadere; sunt enim, et Ecclesiasticis regulis adversa, pietati, et prudentiæ tuæ indecora, et commisso Populo, et Clero ærumnosa; comprime igitur ea, qua polles auctoritate ejusmodi ausus, ac novitates quas pro injuncto Pastoralis officio nefas esset dissimulare, quum magnum te Sacramentum abstringat, ad Apostolicæ Sedis dignitatem tuendam in mentem revoca; teque sic ostendito, ut Ecclesiæ omnium Matris, atque Magistræ benevolentia, omnes te dignum existiment: atque interea Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, peramanter largimur. Datum Romæ etc. die XVI. Septembris MDCCLXI Pontificatus Nostri anno quarto.

CCLIV.

Dat. die 5 Oct  
1761. Ann. IV.

Prævia moderatione Litterarum Benedicti XIV super adimplemento onerum perpetuorum missarum in Ecclesiis Fratrum Ordinis S. Francisci de Paula Minorum, servari mandatur quod ante dictas Litteras in præfato Ordine observabatur in Provincia Messanensi tantum.

*Litteræ Benedicti XIV. de quibus mentio fit in præsensibus, non reperiuntur impressæ in Bullario prælaudati Pontificis.*

Clemens Papa XIII.

Ad Futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi nobis nuper fecit dilectus Filius modernus Corrector Provincialis Provinciæ Messanensis Ordinis Fratrum Sancti Francisci de Paula Minorum nuncupatorum, quod alias fel. rec. Benedictus Papa XIV. prædecessor Noster per suas sub plumbo anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Septingentesimo quadragesimo nono tertio Kalendas Septembris, Pontificatus sui anno X. expeditas Litteras, quarum initium est = Paternæ sollicitudinis etc. certis de causis animum suum moventibus adductus, inter cætera, motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione suis, concessit, et indulgit, ut omnia, et quæcumque onera perpetua missarum, et suffragiorum eidem Ordini, ejusque Ecclesiis, Conventibus, vel Domibus in quacumque mundi parte existentibus per quascumque personas tam per ultimas voluntates, quam per contractus inter vivos nuncupatos, et sub quacumque obligatione usque tunc relicta, et in futurum per voluntates, et contractus hujusmodi etiam relinquenda, ac per easdem Ecclesias, Conventus, vel Domos suscepta, et perpetuis futuris temporibus suscipienda adimpleri deberent per quinquaginta annos in specie a die susceptionis computandos, et deinde finito dictorum quinquaginta annorum, spatio adimpleri valerent in genere, seu sub generalitate missarum, et suffragiorum ejusdem Ordinis, quibus de Apostolicæ, qua in spiritualis Ecclesiæ thesauri dispensatione fugebatur auctoritatis, et potestatis plenitudine equipollente omnino tribuit suffragij fructum, atque valorem, quem haberent, ædem missæ, vel

Refertur dispositio Litterarum Benedicti XIV. super adimplemento onerum perpetuorum.

suffragia particulariter, et in specie celebrata modis, et formis per ipsos Benefactores præscriptis, et ad Altaria etiam privilegiata per eos designata, adeout illis suffragaretur, et animabus ipsorum, perinde ac si pro eisdem Benefactoribus tam vivis, quam defunctis missæ, et suffragia hujusmodi particulariter, et in specie dietim, vel respective statutis diebus, locis, atque temporibus, sive ad altaria designata, celebrata, et recitata, eisque respective applicata fuissent, et alias prout in dictis memorati Benedicti prædecessoris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, prout fusiùs dicitur contineri.

Enumerantur  
incomoda de-  
rivantia præ-  
sertim in Pro-  
vincia Messa-  
nensi ab obser-  
vantia præfa-  
tarum Aposto-  
licarum Litera-  
rum.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subungebant dictus Corrector Provincialis considerans, quod populi dictæ Provinciæ, tenorem, et dispositionem earumdem literarum juxta suum proprium sensum forsitan minime comprehendunt, magno cum Provinciæ prædictæ, illiusque Conventuum damno, elemosynas, largitiones, et donationes pro foundationibus onerum missarum relinquere, et assignare jam omiserint, et hujusmodi damnum Conventus Civitatis Messanensis inter cæteros, præsertim pati videatur, tum propter Civitatis prædictæ depopulationem ob epidemicam luem, quæ Civitatem prædictam anno MDCCXLIII. afflixit, itant domus ad illum spectantes minime locantur, et si locari contingat, illæ quanti minimi locari debent, tum propter combustionem anno MDCCXLV passam, in qua alterum ex Dormitoriis, et totum Sacrarium hujusmodi Conventus, nec non suppellectilia sacra, et prophana conflagarunt, ex dura itaque necessitate, ac etiam ex positione quod literæ præfatæ facultativæ, non autem præceptivæ existunt, ejusmodi Conventus Messanensis Fratres quædam perpetua Missarum onera, ut antea recipere, et acceptare coacti fuerint, et ad illa in posterum observanda, et adimplenda se se obligaverint, postmodum subito inane dubio inter eos, qui legata hujusmodi fundarunt super dispositione memoratarum literarum, declararunt se se peractos contractus rescindere velle, nisi Fratres supradicti memoratis Benedicti prædecessoris prædicti literis derogari fecerint, alii vero, qui ad novas foundationes faciendas jam parati erant, hujusmodi exemplo se se ab illis exequendis abstinere, nisi prius literis prædictis derogatum sit,

*Bull. Rom. Tom. II.*

dictus vero Corrector Provincialis urgentibus necessitatibus propter ingruentes temporum, ac hujusmodi Conventus necessitates oppressus, facultatem saltem pro dicto Conventu Messanensis retinendi, et adimplendi ea jam fundata, aliaque in posterum fundanda onera perpetua recipiendi eisdem modo, et forma, quibus antea onera prædicta recipiebantur, admittebantur, et retinebantur, sibi a Nobis concedi plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac dicti exponentes, et Conventus Messanensis hujusmodi Fratrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis infra-scriptis peculiaribus circumstantiis, ac visis informatione, et voto dilecti filii Joannis Baptistæ Couchers dicti Ordinis Vice Procuratoris Generalis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium indulgemus, ut quoad onera Missarum perpetua post memoratas ejusdem Benedicti prædecessoris litteras hactenus acceptata, vel quæ in posterum sub perpetuitatis conditione a piis Fidelibus memorato Conventui Messanensi tantum offerri contigerit, idem omnino servari possit, et liceat, quod ante prædictas literas quoad onerum perpetuorum acceptationem in dicto Ordine servari consuevit, perinde ac si dictæ literæ non emanassent. Firmis tamen manentibus tam generalibus de celebratione Missarum, quam specialibus pro ipso Ordine ab Ap. hac S. Sede emanatis Decretis.

§. 4. Decernentes, easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

D d

Supramemoratas Literas Benedicti XIV. abrogantur in Provincia Messanensi tantum

Clausula sublata, et decretum irritans

Derogatio con-  
trariorum.

§. Non obstantibus ejusdem Benedi-  
cti prædecessoris, aliisque Constitutio-  
nibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac  
dicti Ordinis, etiam juramento, confir-  
matione Apostolica, vel quavis firmitate  
alia roboratis statutis, et consuetudi-  
nibus; privilegiis quoque indultis, et  
litteris Apostolicis, Superioribus, et per-  
sonis sub quibuscumque tenoribus, et  
formis, ac cum quibusvis etiam dero-  
gatoriis derogatoriis, aliisque effica-  
cissimis, ac insolitis clausulis, irritan-  
tibus, et aliis decretis in genere, vel  
in specie, ac aliis in contrarium quo-  
modolibet concessis, approbatis, et in-  
novatis. Quibus omnibus, et singulis  
illorum tenores præsentibus pro plene,  
et sufficienter expressis, ac de verbo  
ad verbum insertis habentes, illis alias  
in suo robore permansuris ad præmis-  
sorum effectum, hac vice dumtaxat spe-  
cialiter, et expresse derogamus, ceteris  
que contrariis quibuscumque. Datum  
in Arce Gandulphi sub Annulo Piscatoris  
die quinta Octobris millesimo septingen-  
tesimo sexagesimo primo, Pontificatus  
Nostri anno quarto.

Dat. die 15 Oct.  
1761 Ann. IV.

## CCLV.

Pontificiæ Sedis indulgentias erga Ec-  
clesiasticas personas, incitamento es-  
se debere ad excolendas Ecclesiasticas  
disciplinas, protuendaque Religi-  
onis jura, significat Clementi, Il-  
lustris Poloniæ Regis filio.

Dilectissimo in Christo Filio Nostro  
Clementi, carissimi in Christo Filii  
Nostri Augusti Poloniæ Regis Illustris,  
Nato, e Ducibus Saxonix.

Clemens PP. XIII.

Dilectissime in Christo Filii Noster,  
salutem, et Apostolicam Benedictionem

**E**gregiæ indolis tuæ ad Christia-  
næ pietatis officia, et bonarum artium  
studia proclivis apprime conscii, eas  
tibi ex Apostolica benignitate faculta-  
tes indulimus, quas et Westphalica-  
rum Ecclesiarum tutelæ, ac securi-  
tati, et Regalis Domus ornamento, ac  
decori convenire sumus in Domino ar-  
bitrati: qua in re perficienda non tam  
carissimi in Christo Filii nostri Augu-  
sti Poloniæ Regis Illustris, piissimi se-  
cundum carnem parentis tui deside-  
riis ac votum obsecundare, quam te

magis, magisque in dies ad excolen-  
dam Christianæ institutionis discipli-  
nam, complectendasque scientias Ec-  
clesiastico Viro dignas, non incitare  
modo, sed propemodum inflammare  
voluimus. Etenim si Regiis natalibus,  
et splendidissimo generis tui lumini hæc  
conjugantur, incredibile dictu, quan-  
tum, inde exempli, utilitates, ac præ-  
sidii ad Dei cultum promovendum, et  
Catholicos Populos in vias mandato-  
rum Domini dirigendos, emanare queat.  
Gratum interea summopere accidit, quod  
paternæ voluntatis Nostræ benevolen-  
tiam expertus, gratias egeris; gratissi-  
mum vero, quod eos piæ devotæque  
mentis sensus tuis in litteris expresse-  
ris, quibus ostenderes, omnem te spem  
ac fiduciam in eo reponere, in cujus  
manu cuncta sunt posita: hunc igitur  
uti postulas, enixe rogamus, ut vel a  
juvenilibus annis bonitatem, scientiam  
ac disciplinam te doceat, neque du-  
bites, dilectissime Fili Noster, quin  
iis, qui primum, quærent regnum dei  
et justitiam ejus, reliqua omnia facile  
non adjiciantur, cujus auspicii consti-  
tuimus vadem Apostolicam Benedictio-  
nem, quam tibi ex intimis præcor-  
diis depromptam toto corde largimur.  
Datum in Arce Castri Gandulphi Al-  
banen Diocesis sub Annulo Piscatoris  
die xiii. Octobris MDCCLXI. Pontifi-  
catus Nostri Anno Quarto.

## CCLVI.

Dat. die 19. Oct.  
1761 Anno IV.

Capitulo, et Canonicis Cathedralis Hil-  
desiensis prorogat tempus ad Epi-  
scopi electionem retardatam ex pe-  
culiaribus supradventis impedimentis.

*De hac eadem materia habetur alia  
Epistola relata hoc Tom. II. sub  
Num. CCXVII. pag. 119.*

Dilectis Filiis Capitulo, et Canonicis  
Ecclesiæ Cathedralis Hildesiensis

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii salutem, et Apostolicam  
Benedictionem

**D**elatis ad Nos precibus vestris,  
ut in aliud novum trimestre prorogare  
fas esset Hildesiensis Episcopi electio-  
nem, cum audierimus, ac summope-  
re doleamus adductum fuisse Decanum  
vestrum in alienam Regionem; et ea-

dem perdurare impedimenta, quæ vos hactenus detinuerunt, quominus consueto more Antistitem vestrum per Capitularia suffragia designaretis, iisdem ex Apostolica benedictione indulsumus, terminum prorogantes a die sexta Novembris anni MDCCLXI. usque ad diem sextam Februarii Anni MDCCLXII. ita ut nullum inde iuribus vestris detrimentum obvenire queat. Interea Deum Opt. Max. enixis precibus exorare non intermittimus, ut ex abundantia miserationum suarum diuturnas hasce calamitates a cervicibus vestris avertat, detque, isti nobilissimæ Ecclesiæ dignum atque, idoneum sponsum posse tandem aliquando nancisci, atque ut id ipsum vos quoque faciatis, quantum possumus hortamur in Domino, monemus, ac flagitamus Apostolicam Benedictionem nostram vobis peramanter largientes. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanen Diocesis sub annulo Piscatoris die XIX. Octobris MDCCLXI. Pontificatus Nostri anno quarto.

stituimus diem, Sanctissimi hujus Pontificis, fortissimique Martyris patrocinio confisi, divinitus impetraturos Nos fore, ut ii, quos deligemus, pietate, zelo, ac doctrina sua ad hoc tantum onus ferendum, quod est impositum infirmitati nostræ, adjuvare Nos possint. Ad majorem igitur Omnipotentis Dei gloriam, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ utilitatem, ac decus, Cardinales creare, et declarare intendimus Venerabiles Fratres, et dilectos respective Filios.

menti Pontifici sacrum, significat, et novos designat Cardinales

Bonaventuram De Corduba Spinula de la Cerda, Archiepiscopum Neocæsariensis Ecclesiæ in partibus Infidelium, et Indiarum Occidentium Patriarcham.

Christophorum De Migazzis de Valle a Solletturin, Archiepiscopum Vienneensem Austriæ.

Antonium Clairiadam De Choiseul Beaupré, Bisuntinæ Ecclesiæ Archiepiscopum.

Joannem Franciscum Josephum Rochechovart, Episcopum Laudunensem.

Franciscum Christophorum ab Hutten in Stolozemberg, Spirensis Ecclesiæ Episcopum.

Henrichettum Virginiū Natta, Ordinis Prædicatorum, Episcopum Albensis Ecclesiæ.

Joannem Molino, Episcopum Brixiensem.

Ludovicum Constantinum de Rohan, Ecclesiæ Argentinensis Præsulem. Cornelium Caprara Almæ Urbis Nostræ Governatorem, et

Balthassarem Cincium Basilicæ Principis Apostolorum Canonicum, et Congregationis super Consultatione Negociorum Status Nostri Ecclesiastici Secretarium.

*Quid Vobis videtur?*

Auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostræ, creamus, et declaramus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis.

In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

CCLVII.

S. R. E. Cardinalibus in Consistorium coadunatis comemorat vetus institutum cooptandi in Sacrum Collegium delectos Viros ex omnibus Christiani Orbis partibus, novosque in præsens cooptandos designat.

Venerabiles Fratres.

§. 1. Cum veteris moris sit, institutique Ecclesiæ Romanæ, ex omnibus Orbis Christiani partibus delectos Viros in Card. collegio cooptari, idque etiam suadeat Concilium Tridentinum, ut Orthodoxæ Reipublicæ universæ rationibus prospiciatur; Nos exempla prædecessorum Nostrorum imitantes, Sacrisque Canonibus inhærentes, ne quid prætermittamus, quod ad publicam utilitatem pertinere videatur, imminutum Vestrarum Fraternitatum numerum novis nominibus ex Nationibus diversis augere decrevimus. Sed, quod ita rei magnitudo, et gravitas postularét, Patrem luminum, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit, oravimus prius, ac obsecravimus, ut Nobis luce sua, atque præsiidiis auxilio esse velit.

§. 2: Tantæ autem rei expediendæ hunc potissimum Sancto Clementi prædecessori ac Patrono Nostro sacrum præ-

Deo die 2 Nov. 1761. Ann. IV.

Vetus Romanæ Ecclesiæ institutum, et Tridentini Concilii disciplinam comemorat, de eligendis in Universa Christiano Orbe Cardinalibus.

et nova Cardinalium electione selegisse cum S. Cle-

Dat. die 24. Nov.  
1761 Anno IV.

CCLVIII.

Novo electo Episcopo Conceptionis de Chile in Indiis Occidentalibus significat per literas præsentis præfatæ Ecclesiæ præpositum fuisse ad nominationem Catholici Regis, eique præcipit ut commissum sibi opus acceptet, eundem absolvendo a quocumque juramento, vel voto de non acceptando quacumque dignitate,

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili salutem,  
et Apostolicam Benedictionem

Nominationem ad Episcopatum de Chile significat, et Catholici Regis desiderium ne a nominatione dissentiat

§. 1. Cum Nobis hodie, seu nuper in Consistorio Nostro secreto ad præsentationem carissimi in Christo Filii Nostri Karoli Hispaniarum Regis Catholici, te, qui ut asseritur Frater expresse Professus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum in Sacro Presbiteratus Ordine, ac Guardianus Collegii Apostolicarum Missionum Villæ de Chillan in Indiis Occidentalibus, nec non Missionarius Apostolicus existis, ob tuorum exigentiam meritorum in Episcopum Cathedralis Ecclesiæ Conceptionis de Chile in iisdem Indiis, quæ de Jurepatronatus ejusdem Karoli Regis ex privilegio Apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, esse fore dignoscitur, per obitum ultimi illius Episcopi de præsentem vacantis præfecimus, et Pastorem, curam, regimen, et administrationem ipsius Ecclesiæ tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie, comittendo. Verum quia pro parte dicti Karoli, Nobis expositum fuit, quod ipse veretur ne tu ad præfectionem hujusmodi tuum consensum præstiturus sis, cupit propterea opportune sibi in præmissis a Nobis provideri.

Præcipit Pontifex ut præfectioni in Episcopum consensum præstat, et Ecclesiæ possessionem illico suscipiat.

§. 2 Nos piis ejusdem Karoli Regis votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium tantum assequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; Nos in illo qui dat gratias, et largitur præmia confidentes, quod dirigente Domino actus

tuos Ecclesia præfata sub tuo felici gubernio regetur utiliter, et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus, et temporalibus suscipiet incrementa, tibi ita exigentibus necessitatibus istarum partium, harum serie in Domino hortamur, et monemus, ut tuæ in Episcopum Ecclesiæ Conceptionis de Chile hujusmodi præfectioni per Nos, ut præfertur factæ consensum omni mora, et dilatione postpositis præstes, et commissum tibi onus acceptes, illudque ad honorem Omnipotentis Dei, Santæque Romanæ Ecclesiæ utilitatem, et animarum salutem fideliter exercere procures. Jugum Domini, tuis impositum humeris, prompta devotione suscipiens, curam, et administrationem præfatas, sic exercere studeas, sollicitè, fideliter, et prudenter, ut Ecclesia ipsa Governatore provido, et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque præter æternæ retributionis præmium, nostram, et Sedis Apostolicæ gratiam, et benedictionem exinde uberius consequi merearis.

§. 3. Ac propterea tibi quodcumque votum quomodolibet emissum, et quantiscumque vicibus reiteratum de non acceptando ulla dignitate, vel munere Ecclesiastico extra tuum Ordinem, nec non juramentum, si quod tu forsitan ea super re præstiteris, ad præmissum effectum, auctoritate, ac tenore præfatis in utroque foro relaxamus.

Absolvit a quocumque voto de non acceptando ulla dignitate.

§. 4 Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac dictæ Ecclesiæ, ac ordinis præfati etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIV. Novembris 1761 Pontificatus Nostri Anno IV.

Contrariis derogat.



Dat. die 10 Dec.  
1561. Ann. IV.

CCLIX.

Ne recursus ad appellationes Fratrum Ordinis SS<sup>m</sup>e Trinitatis Redemptionis Captivorum haberi debeant contra statuta Ordinis, et peculiare S. Congregationis specialis decretum jubet sub nullitate, aliisque pœnis.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procurator

§. 1. SACROSANCTI Apostolatus Officium, quod inscrutabilis Divinæ Sapientiæ, atque clementiæ altitudo humilitati Nostræ, meritis licet imparibus, committere dignata est, salubriter exequi jugi vigilantia satagentes, in ea præcipue curam sollicitis studiis incumbimus, ut Christifideles Altissimi obsequiis sub suavis Religionis jugo mancipati, sublatis iis, quæ Regulari eorum observantiæ, atque disciplinæ detrimentum afferre noscuntur, juxta Regularia eorum instituta prospere dirigantur, illisque firmiter insistentes, multipliciter in dies, benediciente Domino, proficiant incrementis.

Exponitur Constitutio Ordinis dispositio circa appellationes, et recursus in causis criminalibus quibus consonat Rescriptum Sac. Cong. particularia a Sixto V. deputata.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Generalis nomine etiam dilectorum itidem filiorum Generalis, et Diffinitorii Generalis Ordinis Fratrum SS<sup>m</sup>e Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceatorum nuncupatorum, quod per Constitutiones ejusdem Ordinis auctoritate Apostolica confirmatas, et approbatas cautum prohibitumque existit Fratribus dicti Ordinis a correptione, et pœnitentia Regulari, ad externum Judicem recurrere, et appellare, statutusque est ordo servandus in causis Criminalibus, vel cujuscumque alterius conditionis pro recursibus, et appellationibus earumdem Causarum a Ministro scilicet, seu Superiori locali ad Provincialem, a Provinciali ad Diffinitorium Provinciale, a Diffinitorio Provinciali ad Generalem, a Generali denique ad Diffinitorium Generale cujuscumque respective Familiæ ex duabus, quibus prædictus Ordo componitur; consonat hæc dispositio Constitutionum prædictarum cum quodam particulari tunc existentium S. R. E. Cardinalium Congregationis a fel. rec. Sixto Papa V. prædecessore Nostro deputatæ anno MDLXXXVII edito Decreto tenoris sequentis videlicet » Quoniam » nonnulli Regulares vagandi studio, » sive dum imminuentem admistorum

» criminum pœnam ex suis Constitu-  
» tionibus, aut alias debitam sibi me-  
» tuunt, falsa, et commentitia grava-  
» mina causati, non ad immediate sui  
» Ordinis Superiores, scilicet a grava-  
» mine Prioris ad Provincialem, a Pro-  
» vinciali ad Generalem, a Generali ad  
» Protectorem, prout cujusque Religio-  
» nis Constitutiones disponunt, sed ad  
» hanc Romanam Curiam absque licen-  
» tia sæpius fugiunt potius, quam re-  
» currant, ex quo Ordinum disciplina  
» relaxatur, Prælati contemnuntur, et  
» ipsi in dies audaciores evadunt, pla-  
» cuit Sacræ Regularium Congregationi  
» ex ordine SS<sup>m</sup>i statuere, ut si quis  
» Regularium in posterum temere le-  
» viori ex causa Altam Urbem, seu  
» Curiam absque Superioris licentia,  
» et supradicta forma adire præsum-  
» pserit, ad suos eosdem Superiores, se-  
» veriorique prætermissa pœna plecten-  
» dus mittatur »

§. 3. Cum autem sicut eadem ex-  
positio subjungebat, dictus Procurator  
Generalis, præmissis non obstantibus,  
compertum habeat, quod aliqui dicti  
sui ordinis alumni Constitutionum me-  
moratarum, aliarumque a Romanis Pon-  
tificibus prædecessoribus Nostris super  
præmissis editarum immemores, suæ  
Regularis professionis per eos emissæ  
parvipendentes, vel potius conculcan-  
tes dum se aliquo crimine gravati sen-  
tiunt, de quo Superiores dicti Ordinis  
judicare, pœnamque condignam impo-  
nere debent, ad externos Judices con-  
fugiunt prætextu recursus, et appella-  
tionis, antequam per superiores suos  
gradatim juxta earumdem Constitutio-  
num formam, et dispositionem illor-  
um causæ recognitæ sint, et judica-  
tæ, quod non raro accidit etiam ante  
sententiam, seu cognitionem a Ministro,  
seu Superiori locali in prima Instanti-  
a cum præjudicio Regularis disciplinae,  
ac subditorum obedientiæ debitæ suis  
Superioribus, qui violenter coguntur  
adire Tribunalia externa, contentiones-  
que suscitare, et quod pejus est, ali-  
qui ex dictis Alumnis memorati Ordinis  
ad Tribunalia pæcularia confugere  
non verentur maximo cum spreto Su-  
periorum suorum, non minus quam  
Sæcularium scandalo, ac propterea si-  
bi, dictisque Generali, et Diffinitorio  
Generali omni ratione adnitendum pro-  
posuerint, ut quælibet via præcludatur  
tot gliscentibus malis, et abusibus, et  
debita, exactaque Regularis observantia  
in dicto ordine, et respectivi subdito-  
rum erga Sedem prædictam, et suos

In præfatarum  
dispositionum  
contemptus  
inolevit abusus  
recurrendi ad  
Urbem, non-  
dum etiam pro-  
lato judicio in  
prima instantia

Superiores conservetur, et sicuti exciderit, restituatur, opportunum in præmissis remedium adhiberi, et alias salubriter a Nobis, ut infra provideri summopere desiderent, prout alias ab hac Sancta Sede pro nonnullis ordinibus Regularibus provisum fuisse memoratur,

Pontifex et Ordinis Constitutiones, et supra laudata Congregationis decretum servari jubet in omnibus Appellationibus, et recursibus, sub nullitatis nota, aliisque pœnis.

§. 4. Nos, qui aliunde ex diutina rerum experientia probe novimus, quot, et quanta Regularibus Ordinibus ex prædictarum, et similium Ordinationum inobservantia, et infractione eveniant incommoda, ipsorum Procuratoris Generalis, Generalis, et Diffinitorii Generalis piis postulatis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Congregationis Cardinalium decretum cum omnibus, et singulis in eo contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, ac innovamus, et quatenus opus sit omnibus, et singulis memorati Ordinis Professoribus nunc, et pro tempore existentibus, ne futuris temporibus, in casibus, in quibus Fratibus dicti Ordinis de jure, vel vel juxta illius Constitutiones appellare, aut recursus habere, licet, id non aliter deinceps fieri posse, nisi gradatim a Ministro, seu Superiori locali ad Provinciale, a Provinciali ad Diffinitorium Provinciale, a Diffinitorio Provinciali ad Generalem, ac denique a Generali ad Diffinitorium Generale dicti Ordinis itant causæ appellationis hujusmodi antequam ab eodem Diffinitorio Generali cognitæ, et diffinitæ fuerint extra dictum Ordinem deferri, et agitari nequeant, quam quidem legem non solum in appellationibus, sed in quibusvis recursibus, et quærelis, ac causis inter dictos Ordinis hujusmodi Professores quoquomodo agitandis inviolabiliter observari, sub nullitatis omnium actorum, aliisque pœnis per memoratas dicti Ordinis, aliasque Apostolicas Constitutiones contra inhobedientes præscriptis, et in illis contentis ipso facto absque alia declaratione incurrendis auctoritate Apostolica prædicta, et hujusmodi tenore interdicimus, prohibemus, ac præcipimus quoque, et mandamus demum omnibus Romanæ Curie Tribu-

nalibus, ac Judicibus, et quibusvis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationibus, nec non Sedis Apostolicæ Nunciis nunc, et pro tempore existentibus, ne Fratrum dicti Ordinis recursus, aut appellationes super cujuscumque causæ cognitione admittant, causasque ipsas cognoscant, nisi prius eis constiterit, illas juxta præinsertum decretum, ac Constitutiones prædictas per illius Ordinis Superiores, præscripto Ordine servato cognitæ, et definitæ fuisse, sub pœna nullitatis actorum inde sequutorum, auctoritate, et tenore præsentis itidem harrum serie interdicimus.

§. 5. Decernentes, easdem præsentis literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, et Sedis prædictæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu Procuratoris Generalis di-

Clausula sublata, et derogatum irritans.

Derogatio contrarium.

cti Ordinis, subscriptis, et sigillo Ordinis, prædicti munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die x Decembris MDCCLXI, Pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 12 Dec.  
1760 Anno IV.

CCLX.

Favore Mensæ Archiepiscopalis Ferrariensis confirmatur, et de novo conceditur privilegium extrahendi, et ad sportandi extra statum Ecclesiasticum absque solutione gabbellæ frumentum, aliasque segetes.

*Constitutiones Clementis VIII. diei 24 Octobr. 1598 itemque Benedicti XIV. Octavo Idus Jun. 1748 et Sept. 1749 et XII. Kal. Febr. 1753 de quibus in præsentibus est mentio, non reperiuntur impressæ neque in Bullario Maiardi, neque in alio Benedictino.*

Clemens Papa XIII.  
Ad futuram rei memoriam

S. M. Benedictus XIV. libero commercio prospexit Status Ecclesiastici, et ad sportationi extra statum Ecclesiasticum earum rerum, quæ in dicto libero commercio includebantur.

§. 1. **A**lias fel: rec: Benedictus Papa XIV. prædecessor Noster per quamdam suam Anno Incarnationis Domini Millesimo septingentesimo quadagesimo octavo Idus Julii editam Constitutionem, cujus iactum est = Quo die = liberum commercium in omnibus Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Terris, et Locis status tunc sui nunc Nostri Ecclesiastici in eadem Constitutione minime exceptis sub quibusdam providis legibus, et conditionibus constituit, concessit, et impertitus fuit, confirmando itidem, et renovando omnes, et singulas Generales Romanorum Pontificum prædecessorum suorum, et Nostrorum Constitutiones diversis temporibus editas, quibus sive earumdem rerum in dicta liberi commercii Constitutione contentarum sub certis modo, et forma tunc expressis extractio ex ipso statu vetita fuerat, sive solutiones vectigalium, et onerum Cameræ tunc suæ, nunc Nostræ Apostolicæ, seu aliis in casibus præmissæ extractionis, aut respective pro transitu vel introductione debitorum volitæ, et deniadatæ reperiebantur.

Quomodo laudatus Pontifex prospexit in, qui privilegio

§. 2. Et cum facile intellexisset, quod pro huiusmodi Constitutionum, et legum implemento ad communem

alioquin utilitatem, et equabile Ditionis Ecclesiasticæ regimen, necessario magna et multiplicia obstacula opponebantur ex parte complurium sive personarum, sive Societatum, et Corporum, quibus extrahendi licentia, ac exemptionum, et immunitatum privilegia variis rationibus titulis, et formis a prædecessoribus prædictis concessa, et confirmata existebant, voluit pariter, et mandavit, ut singularum huiusmodi concessionum, atque privilegiorum tituli, formæ, qualitates, et tenores ad accurati examinis trutinam in Congregatione Camerali ab ipso Benedicto demandata exhiberentur, et de eorum privilegiorum subsistentia, et vigore judicari deberet an approbandi, vel rejiciendi essent, et quoniam in Ferrariensi Ducatu, et Provincia complura huiusmodi privilegia a Romanis Pontificibus prædecessoribus tunc suis, nunc Nostris antiquitus concessa, et confirmata adesse afferebantur, de quorum firmitate, atque etiam amplitudine aliter a prætensis privilegiatis, aliter vero a Ministris dictæ Cameræ, aliisque publicorum onerum exactoribus, et creditoribus judicabatur, idcirco dicta Congregatio Cameralis ad illorum discussionem præcipuo studio intendens, eundemque Benedicti prædecessoris mandatis, et ordinationibus inherens per quinquennii, et ultra spatium super eisdem privilegiis diversa decreta condidit, quæ scilicet pro singulorum natura, partim in Alma Urbe coram eadem Congregatione, partim Ferrariæ coram designatis rerum Cameralium curatoribus expensa, convenire merito censuit, ac nonnulla statuit in præmissis, atque decrevit, prout latius continetur in Scheda motus proprii ipsius Benedicti prædecessoris super dictorum Decretorum approbatione, et confirmatione, inde confecta, et subscripta, quam postmodum per aliam suam Constitutionem incipientem = Circumspecta Romani Pontificis providentia = Anno Incarnationis Domini MDCCLIII. duodecimo Kalendarum Februarii confirmavit, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, prout fusius continetur.

extractionis libera pollebant et ad removendos hac in re abusos.

§. 3. Et sicuti idem Benedictus prædecessor ab onere exhibendi titulos, sive privilegia similia, cum aliquibus ejusmodi similibus privilegiis gaudentibus dispensasse crederat, attentis eorum peculiaribus prærogativis, ac præcipue cum Hospitale Sancti Joannis Hierosolymitani, nihilominus per quasdam suas in simili forma Brevis

Recensetur privilegium indultum super hac extractione libera, sub nonnullis tamen legibus favore Militaris Ordinis S. Joannis Hierosolymitani.

die XI Septembris MDCCXLIX expeditas Literas, privilegium a rec: mem: Pio Papa IV prædecessore itidem Nostro eidem Hospitali, ejusque Magno Magistro, Prioribus, Bajulivis, Præceptoribus, seu Commendatariis, ac Militibus extrahendi, transferendi, et asportandi extra Statum Ecclesiasticum frumentum, ordeum, vinum, oleum, legumina, et quoscumque fructus, ac etiam pecunias, quæ ex Prioratibus, Bajulivibus, Præceptoribus, seu Commendis, membris, domibus, Grangiis, aliisque prædicti Hospitalis bonis, et locis provenirent, libera, et exempta ab omni pedagio, datio, seu tracta alias concessum sub certis modo, et forma in dictis literis expresso confirmavit, et approbavit, et quatenus opus esset, privilegium prædictum tunc et pro tempore existentibus Magno Magistro, Prioribus, Bajulivis, Præceptoribus, seu Commendatariis, Militibus, aliisque Fratribus ipsius Hospitalis de novo concessit, impertitus fuit, et innovavit; voluitque antem, atque decrevit, et declaravit, ut ejusmodi Hospitale, ejusque Magnus Magister, Priores, Bajulivi, Præceptores, Commendatarii, Milites et Fratres eodem extractionis privilegio, ut præfertur, confirmato, innovato, et concessio, nullo modo, nullo pacto unquam uterentur, ac uti possent, et valerent intra integrum trium Mensium spatium, quo durante, per memoratam suam super mutuo commercio Constitutionem quæcumque translatio, exportatio, atque extractio frumenti, aliarumque rerum in eadem Constitutione expressarum ad quemcumque alium locum ejusdem Status Ecclesiastici extra Provinciam, et Legationem, in qua colliguntur, inhibita remanet.

Et Mensa Archiepiscopalis Ferrariensis pollebat privilegio libertæ extractionis, quod tamen confirmari Beglexit post nenedictinas in id evulgatas Constitutiones

§. 4 Ita Mensa Archiepiscopalis Ferrariensis, quæ in antiqua, et immemorabili, et huc usque observata consuetudine, et possessione remanebat extrahendi, asportandi, et transferendi frumenta quæcumque, seu omne genus frumentorum, etiam vulgo ut dicitur *Marzatelli* extra Statum Ecclesiasticum prædictum, attenta confirmatione a dicto Benedicto prædecessore ad favorem aliorum, qui simili privilegio fruebantur facta, prævia exemptione ab onere exhibendi in ipsa Congregatione Camerali titulos, sive privilegia sibi alias concessa se se abstinent ad comparandum, et exhibendum titulos, et privilegia sibi concessa, et competentia, ac potius acquievit, seu contenta fuit re-

manere in ipsa pacifica possessione, qua usque tunc fruebatur, et gaudebat, ac utebatur tam exemptionis, quam extractionis suarum rerum ad Annonam spectantium extra dictum Statum Ecclesiasticum, spem habens, quod Romani Pontifices pro tempore existentes minime dedignarentur ipsimet Mensæ eadem privilegia, conservare quæ aliis personis tam in genere, quam in specie confirmata videbantur.

§. 5. Propterea dilectus filius Noster Marcellus S. R. E. Presbyter Cardinalis Crescentius nuncupatus, Metropolitanæ Ecclesiæ Ferrariensis ex concessionem, et dispensationem Apostolicam Præsul, cui quamplurimis ab hac annis magna cum sui nominis laude præesse dignoscitur, plurimum cupiens mensam Archiepiscopalem prædictam tutam, et securam reddere ab omni molestia, et quacumque difficultate quæ adversus antiquam possessionem exemptionis, et facultatis extrahendi hujusmodi pro parte tam modernorum, quam pro tempore existentium Theaurariorum, aliorumque Ministrorum Cameræ Apostolicæ prædictæ excitari possunt, Nobis supplicavit, ut mensam Archiepiscopalem prædictam in antiqua possessione, qua uti pergit ejusmodi extractionis, et exemptionis remanere debere, ac insimul declarare, initia dictæ possessionis deduci debere ex titulo oneroso a fel. rec. Clemente Papa VIII prædecessore quoque Nostro per suas Literas in Civitate Ferrariensi die XXIV. Octobris MDXCVIII. expeditas in actu devolutionis confirmato, de benignitate Apostolica dignamur.

§. 6. Nos ejusdem mensæ Archiepiscopalis, quam paternis complectimur affectibus, indemnitati, intuitu etiam meritorum ipsius Marcelli Cardinalis, et Archiepiscopi consulere cupientes, ac vestigiis eorumdem Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum inhærentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione, Nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vetustissimum, ab immemorabili tempore, et huc usque observatum privilegium, seu possessionem, qua mensa Archiepiscopalis Ferrariensis gravata fuerit, et gaudet super facultate extrahendi frumenta, segetes, bladas, legumina, et alia similia rerum genera etiam vulgo *Formentoni*, et *Marzatelli*, aliosque fructus extra statum Ecclesiasticum prædictum absque ulla solutione datii, seu gabel-

Eminentissimus Crescentius Archiepiscopus Ferrariensis privilegio extractionis confirmationem tamquam titulo oneroso acquisiti postulavit.

Pontifex privilegium extractionis confirmat tamquam oneroso titulo acquisitum, peculiareque observandas normas præscribit.

læ, aut pedagij confirmamus, et approbamus, dictamque privilegium, seu immemorabilem, et huc usque observatam possessionem privilegii hujusmodi validum legitimum, ac uti proveniens ex titulo oneroso, ac ab eodem Clemente prædecessore in actu devolutionis per memoratas suas literas confirmatum, et innovatum esse decernimus, et declaramus, et quatenus opus sit, eidem Mensæ Archiepiscopali Ferrariensi, ac pro ea ejusque moderno, et pro tempore existenti Archiepiscopo, seu Administratori privilegium hujusmodi extrahendi frumenta, segetes, bladas, legumina, aliosque fructus vulgo *Formentoni*, et *Marzavelli* nuncupatos, illaque sive per Terram, sive per Mare extra dictum statum Ecclesiasticum singulis annis asportandi, seu asportari faciendi in quacumque regione (exceptis tamen in partibus Infidelium, et S. R. E. prædictæ hostibus) eisdem modo, et forma, quibus dicta mensa Archiepiscopalis, sive Archiepiscopi, et Administratores huc usque usa est, et usi fuerunt, ac de præsentis gaudet, ac prout a memorato Benedicto prædecessore eidem Hospitali Sancti Joannis Hierosolymitani, illiusque Magno Magistro, ac Prioribus, et Bajulivis, Præceptoribus, seu Commendatariis, militibus, aliisque Fratribus concessum fuit, itidem de novo motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concedimus, imperiimur, et innovamus, nec non concessionem, et innovationem hujusmodi privilegij, illiusque omnimodam observantiam in omnibus, et per omnia ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit observari, debitæque executioni demandari debere præcipimus, et mandamus.

§. 7. Volumus autem, atque decernimus, et declaramus, ut dicta Mensa, seu illius Archiepiscopi, aut Administratores Metropolitanæ Ecclesiæ Ferrariensis prædictæ eodem exemptionis, et extractionis privilegio, ut præfertur, per Nos confirmato, seu innovato, et de novo concessio, nullo modo, nullaque ratione unquam utatur, seu utantur, nec uti possint, et valeant intra integrum trium Mensium spatium, quo durante per memoratam ejusdem Benedicti prædecessoris super mutuo commercio editam Constitutionem quæcumque translatio, exportatio, atque extractio frumenti, aliarumque rerum in dicta Constitutione expressarum ad quemcumque alium locum ejusdem status

Ecclesiastici extra Provinciam, et Legationem, in qua colliguntur, inhæbentur, Quia imo volumus pariter, et declaramus, et decernimus, ut translatio, exportatio, et extractio hujusmodi a dicta Mensa Archiepiscopali, sive ab illius Archiepiscopi, et Administratoribus prædictis nullo modo fieri possit in iis annis, et temporibus, in quibus rerum supradictarum inopia, et penuria in dicto Statu Ecclesiastico vigeat, atque etiam, et dicta Mensa Archiepiscopalis, seu Archiepiscopi, et Administratores prædicti privilegio hujusmodi non aliter, uti, frui, et gaudere possint, et valeant, quam eisdem modo, et forma quibus in dicto motu proprio ipsius Benedicti Prædecessoris die vi. Junii MDCCXXXIX. signato statuitur, et præscribitur, quoad cæteros, qui ejusmodi privilegio uti, frui, et gaudere debent, et possunt.

§. 8. Decernentes ipsas præsenteliteras semper firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et inviolabiliter observari, et adimpleri, minusque super quibuscumque similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, restrictionibus, et derogationibus comprehendendi posse, sed semper ab illis exceptas, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas esse, sicque, et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, nec non Cameræ prædictæ Præsidentes, Clericos, Thesaurarium Generalem, cæterosque Officiales, et Ministros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstante, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quesito non tollendo, ac piæ me: Pii IV. prædecessoris itidem Nostri de gratiis quibuscumque dictæ Cameræ interesse concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, et registrandis, ita ut præsenteliteras ibidem præsentari, et registrarari nunquam

Clausula sublata, et decretum irritans

Derogatio contrarium.

Excepianur easus, quibus Archiepiscopalis mensa privilegio uti prohibetur.

necesse sit, ac prædicta dicti Benedicti prædecessoris Constitutione = Circumspecta = aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima secunda Decembris Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat. die 16 Dec.  
1761. Anno IV.

## CCLXI.

Indulgentia plenaria pro omnibus Christianis fidelibus Ecclesias Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum, visitantibus, qui confessi et S. Communione refecti in iisdem oraverint occasione quadraginta horarum tempore quadragesimali.

Clemens PP. XIII.

Universis Christianis fidelibus  
præsentibus literas inspecturis salutem,  
et Apostolicam Benedictionem

**A**d augendam Fidelium Religionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus Christianis fidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Communione refectis, qui Orationi Quadraginta Horarum continuatarum, non autem nisi noctis tempore interpolatarum de licentia Ordinariorum Locorum in Ecclesiis, in quibus per dilectos Filios Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum tempore Quadragesimali Verbum Dei prædicari, et Sermones fieri contigerit, in Palmarum, vel alia Dominica ad hoc magis opportune instituendæ per aliquod temporis spatium

devote interfuerint, et ibi pro Christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effunderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Illis vero, qui Sacra Communione refecti non fuerint, sed vere pœnitentes, et firmum propositum confitendi habentes, Orationi hujusmodi, ut supra faciendæ, interfuerint, et ut supra oraverint, decem Annos, et totidem Quadragenas de junctis eis, seu aliis quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut alia similis indulgentia Christianis fidelibus præmissa in dictis Ecclesiis peragentibus concessa, et ad tempus nondum elapsum duratura, revocata sit, prout per præsentibus auctoritate Apostolica revocamus; utque si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiantur, præsentibus nullæ sint. Insuper volumus, ut præsentibus transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, ac Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvi. Decembris MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

## CCLXII.

Dat. die 22 Dec.  
cembris 1761.  
Ann. IV.

Quæ alias a S. M. Clemente VII. privilegia, et exemptiones concessæ fuerant Hospitali Quinque Plagarum D. N. Jesu Christi Civitatis Ispalensis, eæ communicantur, et conceduntur alteri Hospitali S. Ermenegildi in dicta Civitate.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**cclésiæ Catholicæ per universum Terrarum Orbem diffusæ regimini, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ sapientiæ, atque honoris abundantiam præsentibus, ad ea, per quæ pietatis, et Christianæ chari-

Romani Pontifices semper de Infirmorum et Convalescentium Hospitalis adjuvandis fuerit solliciti.

tatis opera ubique locorum, præsertim ad Infirmorum, et Convalescentium subventionem, et utilitatem provide prudenterque ordinata reperiuntur, propensius studiis intendimus, ut Christianifideles in id ipsum laudabiliter, et fructuose incumbentes in visceribus paternæ charitatis gerentes, felici illorum statui, et prosperæ in via mandatorum Domini directioni libenter providemus, illosque opportunis favoribus, et gratiis prosequimur; sicut rerum, locorum, temporum, et personarum qualitatibus mature consideratis ad Dei Omnipotentis gloriam, et animarum salutem, ac piorum operum incrementum, populique Christiani, edificationem, et spiritualem consolationem conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Referuntur privilegia concessa Hospitali Ispalensi, quod postulat alia etiam consequi, quibus pollet Hospitali aliud sub titulo quinque Plagarum D.N. Jesu Christi.

§. 2. Cum itaque sicut dilecti filii administratores generales Hospitalis, Nosocomii sub invocatione Sancti Ermenegildi Regis in Civitate Ispalensi jam dudum a hoc me: tunc existenti Episcopo Ostiensi, S. R. E. Cardinali de Cerbantes Nuntio erecti, fundati, et ditati Nobis nuper exponi fecerunt, alias Hospitali, seu Nosocomio hujusmodi quædam communia privilegia, et prærogativæ a fel: rec: Nicolao V., Calisto III, Pio II, Paulo II, et Sixto IV, Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris concessa fuerint, quibus dictum Hospitali, seu Nosocomium de præsentis gaudere pergit, ac in eadem Civitate aliud Hospitali, seu Nosocomium sub titulo quinque Plagarum Domini Nostri Jesu Christi erectum, fundatumque existat, quod præter peculiaria privilegia, seu indulta sibi concessa, et impertita, vigore quarundam Literarum rec: me: Clementis Papæ VII. Prædecessoris itidem Nostri communicatione eorundem privilegiorum primodicto Hospitali, seu Nosocomio Sancti Ermenegildi, ut præfertur, concessorum gaudet, ac proinde exponentes prædicti ad majorem primodicti Hospitalis decorem, eadem privilegia, et indulta secundodicto Hospitali, seu Nosocomio concessa sibi a Nobis communicari plurimum desideret.

Quæ secundo Hospitali concessa fuerint privilegia a S. M. Clem. VII. ea Ispalensi S. Ermenegildi Hospitali communicantur, et concedantur.

§. 3. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis

*Bull. Rom. Tom. II.*

humiliter porrectis inclinati, enarrata privilegiorum secundo dicto Hospitali, seu Nosocomio quinque Plagarum Domini Nostri Jesu Christi Civitatis Ispalensis prædictæ ab eodem Clemente prædecessore, sicut præmittitur concessorum, dummodo tamen sint in usu, nec unquam revocata, nec sub quibusvis revocationibus compræhensa, Sacrisque Canonibus, vel Sacri Concilii Tridentini decretis ac Constitutionibus Apostolicis adversentur, communicationem primodicto Hospitali, seu Nosocomio Sancti Ermenegildi Regis ejusdem Civitatis, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit plenissime suffragari sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XII Decembris MDCCLXI Pontificatus Nostri Anno IV.

Clausula sublatâ, decretum irritans, et derogatio contrariorum.

CCLXIII.

Dat. die 9. Jan. 1702. Ana. IV.

Ne Provincialis Clerus Trevirensis ultra vires suas gravaretur in militaribus, ceterisque contributionibus ultra conventiones jam initas, plurimum commendat Trevirensi Archiepiscopo

Venerabili Fratri Joanne Philippo  
Archiepiscopo Trevirensi S. R. J.  
Principi Electori.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam Benedictionem

In isthac in qua vigiles, atque custodes Nos posuit Dominus Apostolica Specula, confugentium ad Romanam Ecclesiam omnium matrem, votis, atque gemitibus, paternas aures claudere, neque possumus, neque de-

E e 2

bemus. Supplici libello conquestus apud Nos fuit Provincialis Clerus Trevirensis, adigi se ultra vires, ad præstandas fæderato militi, millenas plurimas pabulares, ut vocant portiones, negligi conventas isthic pactiones Clericos inter, ac Sæculares, demum vero tam gravi ære alieno hanc eandem ob causam sese obstrictum, ut ad incitas redactus esse jam videatur. Illud tamen inter quærclas hujusmodi Nobis maxime placuit, quod profiteatur nolle se tecum iudicio contendere, se omnia sperare a Patris amantissimi æquitate, atque benevolentia. Quamobrem paterni cordis Nostri sensus continere nequivimus, Nostrique muneris arbitrati sumus, eum charitati, justitiæ, amoris tuo, Apostolicis quoque vocibus enixe commendare, ut Ecclesiastica immunitas sarcta, ac tecta servetur, parcaturque extremæ inopiæ antiquissimi per universam Germaniam, et Catholicæ Fidei addictissimi Cleri, cujus ipse Nobilissimum caput es, decus, atque præsidium; quas ex intimis præcordiis depromptas paternis animi significationes, dum Fraternitatem tuam æqui benique facturam maximopere confidimus, Apostolicam Benedictionem tibi peramanter largimur. Datum Romæ ec. die 9. Januarii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Dat die 9 Jan.  
1762 Anno IV.

#### CCLXIV.

Ut alter ex alumnis Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis ad officium Confessarii Familiæ Pontificiæ, qui S. Theologiæ Magisterio fungatur, perpetuis futuris temporibus eligatur statuit, atque decernit, addito eisdem, privilegio suffragii activi, et passivi, in Capitulis, Diffinitoriis, cæterisque Generalibus Comitibus Ordinis.

#### Clemens XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Apostolice ministerii est, Religiosos viros, favoribus, et auxiliis prosequi.

§. 1. Gravissimæ Apostolice regiminis curæ, quibus diu noctuque detinemur potissimum exigunt, ut Religiosos viros, qui sub snavi Christi iugo vota sua Deo reddere, nberesque bonorum operum fructus, adspirante supremi favoris auxilio proferre jugiter satagunt, eo amplioribus beneficiis prosequamur, quo alacrius, atque utilius

ad rem Christianam substiendam, divinumque cultum amplificandam, ac animarum salutem procurandam, et animo connituntur, et labore contendunt.

§. 2. Quapropter cum inter cæteras Sacras Familias, quæ militantem Ecclesiam mirifice exornant, Servorum Beatæ Mariæ Virginis Ordo tanquam plenus ager, ac fertilis nunc floribus vernans, nunc fructibus redundans jam inde ab suæ institutionis initio feracissimam pietatis, et doctrinæ messem protulerit, atque in dies proferat alacriorem, idque propterea dignus est habitus, quem Apostolica Sedes propensiori charitatis affectu complecteretur, suisque beneficiis reputaverit cumulandum.

§. 3. Nos vero, qui in minoribus constituti hujusce nominis Familiam semper maximi fecimus, ad hoc Pastoralis dignitatis fastigium, meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, atque clementiam evecti, facere nequaquam possumus quin, erga ipsius Alumnos, paternæ benignitatis, et voluntatis nostræ novum testimonium impertiamur. Quemadmodum igitur Romani Pontifices prædecessores Nostri in Alma Urbe Nostra aliis officiis, atque muneribus, et ministeriis a tum Prædicatorum, tum Eremitarum S. Augustini, tum Minorum S. Francisci Conventualium, et Cappuccinorum, et Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum Ordinum, et Congregationis respective professoribus perpetuo obtinendis, Ordines, Congregationemque hujusmodi honestarunt.

§. 4. Ita et Nos prædecessorum Nostri præfatorum, qui duobus ab hinc fere sæculis in Confessarios Familiæ Pontificiæ, Professores primodicti Ordinis etiam eligere perrexerunt exemplis inhærentes. Motu-proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, et Apostolica auctoritate, tenore præsentium statuimus, decernimus, et ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus officium Confessoris Familiæ Pontificiæ uni ex Ordine Fratrum Servorum Beatæ Mariæ Virginis Professori, in S. Theologia Magistro, juxta dicti Ordinis Constitutiones, erecto, comitti, concedi, et assignari debeat.

§. 5. Præterea tam dilecto Filio Antonio Mariæ Borini dicti Ordinis Alumno, quem Nobis intuitu meritorum

Ordo Servorum Beatæ Mariæ Virginis laudibus cumulat.

Romani Pontifices Regularibus Ordinibus specialia munera tribuere consueverunt.

Alter ex hujus Ordinis alumnis munere Confessarii Familiæ Pontificiæ perpetuo donatur.

Confessarius Familiæ Pontificiæ votum activum, et



passivum conceditur in comitiis generalibus Ordinis.

suorum ad explendum munus Confessarii hujusmodi deputavimus, quam pro tempore eligendis, et nominandis ejusdem Ordinis Confessariis hujusmodi, ut ipsi in quibuscumque Capitulis Generalibus, pariterque in Diffinitoriis, cæterisque Comitibus Generalibus ipsius Ordinis ubique, et quandocumque habendis, votum, sive suffragium activum, et passivum habere, et ferre libere, et licite, ac valide possint, ac valeant respective, motu, scientia, et potestatis plenitudine, ac auctoritate paribus concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentibus literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicto Antonio Mariæ electo, aliisque pro tempore nominandis Confessariis hujusmodi plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super iis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariarum.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis illorum, tenore præsentium pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIX. Januarii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno IV.

CCLXV.

Dat. die 15 Feb.  
1762. Ann. IV.

Attenta alternativa super electione Ministri Generalis, et Procuratoris Generalis Ordinis SSmæ Trinitatis Redemptionis captivorum divisi in binas Familias nempe intra, et extra Hispaniam, statuitur methodus suffragiorum ferendorum tam in Capitulis Generalibus Ordinis, quam in Capitulis respectivarum Familiarum, quæ singula Pontificia auctoritate confirmantur.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Alias pro parte dilectorum Filiorum Superiorum, ac Fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceatorum nuncupatorum Nobis expositum fuit, quod Ordo prædictus in binas Familias divisus reperitur, alteram nempe intra Hispaniam, reliquam vero extra Hispaniarum Regna, videlicet ex Provinciis Italiæ, ac cæteris Septentrionalibus constitutus, penes utramque Familiam servatur vicissitudo, et alternativa eligendi Ministrum Generalem cæteroquin in Romana Curia degentem ad sexennium, ac inter utramque Familiam usque nunc servata consuetudo viget, quod si Minister Generalis electus fuerit ex Familia intra Hispaniam, tunc Procurator Generalis Ordinis prædicti in Romana Curia eligitur ex Familia extra Hispaniam, e contra vero quando Magister Generalis eligitur ex Familia extra Hispaniam, tunc Procurator Generalis dicti Ordinis in Romana Curia semper esse debet Hispanus. Hoc tamen discrimine inæqualitatem inter easdem Familias præseferente, quod quoties Procurator Generalis ejusdem Ordinis est Hispanus, semper voto necessario in Capitulo Generali alias extra Hispaniam celebrari solito gaudet, et quando dictus Procurator Generalis nullum habet votum necessarium in dicto Capitulo Generali, quod semper intra Hispaniam celebratur, sed illius loco habet votum necessarium alter Procurator Generalis pro solis Provinciis Hispanis electus in oppido Martiri Toletanæ Diocesis commorans.

Refertur alternativa hincque servata in alternativa electione Generalis, et Procuratoris Generalis, hujus Ordinis in binis Familiis extra, et intra Hispaniam.

§. 2. Hanc inæqualitatem inter utramque præmemoratum Familiam provide ponderando Capitulum Generale ejusdem Ordinis die 12 Maii 1759 in Conventu Mediolanensi ipsius Ordinis celebratum, unanimi Vocalium inibi

Capitulum Generale Ordinis nova statuit servanda quoad relationem alternativam.

congregatorum consensu ad servandam inter dictas Familias æqualitatem statuit, acque decrevit, ut post hæc inter Familias æqualitas seruetur, et ab hinc Procurator Generalis Ordinis cujuscunque Familiae habeat votum necessarium in Capitulis Generalibus Ordinis, Familiae vero pro Familia, ita ut quoties Capitulum Generale Familiae celebratur in Familia Jesu Redemptoris, votum necessarium habeat Pater Procurator Generalis Curiae Regiae, qualis dicitur Hispaniae. In Familia vero Matris Redemptoris ab hinc duo Procuratores de Familia erunt, unus Curiae Romanae, et alter plurium Provinciarum, ad instar illius, qui est Curiae Matritensis, et hic habebit votum necessarium in Capitulis Familiae, seu intermediis, non tamen in Capitulis Provincialibus, quem ultimum Procuratorem plurium Provinciarum proximum Diffinitorium generale Familiae eliget, atque pro hoc Decreto stabiliendo Pater Procurator Generalis Ordinis supplicem Libellum ad Sanctam Sedem Apostolicam porriget, et subinde exponentes prædicti dictum Decretum a Capitulo Generali editum per Nos confirmari plurimum desiderabant.

Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium servari mandat que in prædicto Capitulo Generali sancita sunt.

§. 3. Nos supplicem libellum Nobis porrectum, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum remisimus, qui relationem, et votum dilecti Filii Nostri Joannis Constantii S. R. E. prædictæ Diaconi Cardinalis Caracciolo nuncupati ejusdem Ordinis apud Nos, et Sedem Apostolicam Protectoris perpenderunt; factaque postmodum Nobis relatione per dilectum itidem Filium Magistrum Simonem Bonaccorsi ejusdem Congregationis Cardinalium Secretarium die xxii. Januarii proxime præteriti benigne annuimus pro approbatione enunciati Decreti emanati in Capitulo Generali celebrato, ut præfertur; anno MDCCLIX., ac propterea remisimus eidem Joanni Constantio Cardinali, et Protectori, ut dictum Decretum executioni demandet, qui attenta remissione a Nobis facta suum itidem edidit Decretum, tenoris sequentis videlicet = Attenta Sanctissimi Domini Nostri Clementis Papæ XIII. feliciter Regnantis approbatione, et confirmatione Decreti, de quo in precibus, editi in Capitulo Generali habito sub die 12 Maii MDCCLIX. in Conventu Mediolanensi, necnon ejusdem Decreti nobis per Sanctitatem Suam executioni dire-

cta, decernimus, et declaramus, decretum ipsum fore, et esse executioni demandandum, ac proinde virtute sanctæ obedientiæ, autoritate nostra, et Sanctissimi præcipimus, et mandamus, quatenus Superiores omnes, Vocales, Capitulum Generale, totusque Ordo Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum in perpetuum sic observent, et observare faciant, contradictores compescendo, non solum isto, sed omni alio meliori modo. Datum Romæ ex Aedibus Nostris hac die prima Mensis Februarii MDCCLXII. = Joannes Constantius Cardinalis Caracciolo de Sancto Bono Protector = Loco ✕ Sigilli =.

§. 4. Quoniam autem Exponentes præfati Nobis nuper exponi fecerunt, quod ipsi quo præmissa firmiter subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communi summopere desiderant. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. præiuserta tum Capitulo Generalis, tum ipsius Joannis Constantii Cardinalis, et Protectoris Decreta, ac omnia, et singula in illis contenta, et expressa, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ, firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in præmissis intervenerint, supplemus, et sanamus.

§. 5. Decernentes, easdem præsentibus Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Pontificia auctoritate confirmantur, et approbantur, resolutiones Capituli Generalis.

Clause annullata, et decretum irritans.

Derogatio con-  
traciorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xiii Februarii MDCCLXII Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCLXV.

Dat. die 16 Feb.  
1752 Anno IV,

Eminentissimus Ignatius Cribellus proximi Generalis Capituli Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci in Civitate Mantuana celebrandi deputatur Præses.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem,  
et Apostolicam Benedictionem.

Ut recte celebretur Capitulum Generale, Pontifex Cardinalem illi Præsidentem deputat, eam facultate Prælatum substituendi.

§. 1. Cum sicut Nobis nuper expositum fuit, Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci nuncupatorum, Mense Majo proximo venturo in Civitate Mantuana, benediciente Domino celebrandum sit; Nos cupientes ut Capitulum hujusmodi, recte, et fideliter ad Dei gloriam, dictique Ordinis utilitatem celebretur, te de cujus prudentia, integritate ac Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, in præfato Capitulo Generali, Nostro, et Apostolicæ Sedis nomine Præsidentem, cum auctoritate, facultatibus, jurisdictione, honoribus, et oneribus, similibus Præsidentibus competentibus, et alias solitis, et consuetis, et cum facultate, quando tu actibus capitularibus interesse non poteris, aliquem Prælatum tibi benevisum, in tui locum ad hujusmodi Præsidentis munus obendum, cum auctoritate, et facultatibus tibi per præsentem concessis substituendi, Apostolica auctoritate, tenore

præsentium facimus, constituimus, et deputamus.

§. 2. Teque in Domino hortamur, et monemus, ut Capitulum hujusmodi fideliter regere, ac in illo omnia, quæ ad prosperum Fratrum prædictorum regimen et gubernium pertinent, decerni, statui, et ordinari cures, et facias, mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ dilectis filiis, eorundem Fratrum Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, cæterisque Fratribus, et specialiter vocalibus in præfato Capitulo congregatis, aliisque ad quos spectat, ut te ejusdem Capituli, Nostro, et dictæ Sedis nomine Præsidentem reverenter suspiciant, tibi que, et per te substituendo dicto Præfato in omnibus ad Præsidentis hujusmodi officium pertinentibus pareant, et obediant, atque assistant, ac tua, et ejusdem personæ a te substituendæ salubria monita, et mandata humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent.

Mandat Ordinis hujus Religionis viris, vocalibus præsertim, ut Cardinali Præsidenti obtemperent.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvi Febr. MDCCLXII Pontificatus Nostri Anno quarto.

Derogatio contraciorum.



Dat. die 27 Feb.  
1762 Ann. 1V.

CCLXVII.

Quod ad regendam Ecclesiam S. Georgei Venetiarum Episcopus electus fuerit a Græcis extra Ecclesiam Catholicam ordinatus, vehementer conqueritur cum Patriarcha Venetiarum, eumque rogat ut hujusmodi electioni pro viribus obsistat.

*Constitutio Leonis X. qua Templum S. Georgei Venetiarum ad Catholicorum Græcorum usum destinatum fuit, non reperitur impressa in Bullario Mainardii.*

Venerabili Fratri Joanni Patriarchæ  
Venetiarum.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam Benedictionem

Patriarcha Venetiarum religio, et Apostolicus zelus commendatur.

§. 1. **E**tsi Venerabilis Frater tuum studium, religio tua, Apostolicusque Sacerdotalis vigor nequaquam postulent, ut stimulos Tibi addamus ad nostræ S. Fidei puritatem sartam, tectamque tuendam, et Catholicæ Religionis cultum conservandum, cum tamen Concreditum Nobis cœlitus Supremi Apostolatus officium advigilare nos cogat universo Jesu Christi ovili, permoveat quoque amor Noster in Patriam, istamque Rempublicam, abstinere non possumus, quin vocibus Nostris magis, magisque te incendamus, et isthic Venetiis tuearis unam illam, quæ semper vigit laudabiliter, Fides Apostolica Romana.

De electione Episcopi Græci in Ecclesia S. Georgei Venetiarum irregulariter habitata, conqueritur

§. 2. Per electionem Episcopi habitam a Græcis Ecclesiæ S. Georgei, et quidem Episcopi haudquam pollentis dotibus legitimi Pastoris, cujus etiam illicita, et extra Ecclesiam Catholicam ordinatio urgetur, statuitur in sinu Venetiarum Ecclesia Schismatica, et Templum Dei sanctum, quod ex avita Venetorum pietate, et ex Apostolica Leonis X. prædecessoris Nostri autoritate, ad Catholicorum Græcorum usum destinatum fuerat, vertitur in emporium iniquitatis, in Cathedram Schismatis, et errorum. Singulari igitur, ac mirifica quadam cura, vigilantia, atque labore tuo aditendum est Ven: Fr. ne Græcis istis a Catholica unitate recedendi occasio fiat, ne extra castra Christi, et Sancta Sanctorum prophanium Altare constituatur, ne contra Ec-

clesiæ pacem Episcopus ordinetur: opponere te debes uti murum æneum ad fulciendam Domum Israel, cui ruina intentatur; audacter palam omnibus loqui, et clamare, quin potentium vim reformides omnibus illis artibus uti, quas bonus Pastor exemplo Pastorum Principis, etiamsi propria periclitetur vita, adhibere novit, ut Gregem suum a lupis tueatur, ut in ovili contineat, ut denique arceat a pascuis insalubribus, et venenatis: Pastoralis hæc vigilantia tota jam tua est, Ven: Fr: qui toties quum Veronensi Ecclesiæ præses, Venetæque nunc præsidens, illustria semper documenta præbuit pietatis, prudentiæ, zeliq; Sacerdotalis perflagrans studium Divinæ gloriæ, et animarum salutis.

§. 3. Tibi igitur ipse sis exemplo, vel si potius libet aliorum Tibi proponere exempla virtutis, cogita quales se in tali Græcorum causa præstiterunt prædecessores tui, qui in periculis, istius Ecclesiæ S. Georgei, et Catholicæ fidei imminentibus, eam vigilantiam, atque operam adhibuerunt, quæ et eo Sacerdotij honore, quem gerebant, esset dignissima, et ad abusos tollendos aptissima; eorum enim industria, et labore effectum est, ut res Græcorum isthic publica autoritate interposita, bene, feliciterque gererentur: spes vero, quæ Nos a metu liberat, posita est omnis in Senatus Religione, qui te nec tristitia, nec luctu affici patietur, nec deseret exempla Majorum, qui pluribus amplissimisque Decemviralibus decretis, intemeratam præstiterunt in Ecclesia, et in Præsule Græcorum Fidei puritatem. Nos pro virili haud prætermisimus illum excitare, ut salutari huic operi incumbat, qua oratione hic per suum apud Nos Oratorem, qua literis ad ipsam datis; tu jam quod expedit facito, in primisque caveto, ne in jussu Nostro sinas coram te Fidem profiteri regens Græcorum Episcopum, si forte tentaverit, atque demum in amoris, et benevolentia in te Nostræ argumentum adjicimus Apostolicam Benedictionem, quam tibi, et Gregi tuo peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die xxvii. Februarii MDCLXII. Pontificatus Nostri anno quarto.

Præcedentium Patriarcharum virtutis exempla, et in Græcos vigilantiam commemorat.

Dat. die 27. Feb.  
1762 Anno IV.

CCLXVIII.

De eodem Argumento agit cum Duce,  
et Senatu Reipublicæ Venetæ, eo-  
rumque Religionem provocat ad im-  
pediendum Schisma a Græcis Catho-  
licis minitatum.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris Duci,  
et Reipublicæ Venetiarum

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii Nobiles Viri, salutem,  
et Apostolicam Benedictionem

§. 1. **A**d assiduos mærores, qui-  
bus Animus Noster ab vulnere Catho-  
licæ Ecclesiæ illata quotidie angitur,  
ac pene opprimitur, nihil molestius,  
aut gravius accideret, quam si dubi-  
tari possit, antiquam illam Venetam  
pietatem, atque erga Ecclesiam Catho-  
licam studium, et venerationem a Ma-  
joribus vestris acceptam, et tamdiu  
magna nominis vestri laude servatam,  
aliqua ex parte imminutam, atque quo-  
dammodo obtenebratam fuisse.

§. 2. Ut primum igitur ad aures  
Nostras delatum est, et in publicis Ci-  
vitatibus vestræ Diariis legimus, factam  
fuisse Græcis per Vos potestatem eli-  
gendi sibi Episcopum ad regendam Ec-  
clesiam istam S. Georgei, atque eum  
virum Græcorum suffragiis delectum  
fuisse, qui non modo ab Episcopo Schis-  
matico illicite ordinatus fuisset, sed in-  
super manuum impositionem, ut ad  
Episcopatum promoveretur, extra Catho-  
licam Ecclesiam suscipere meditare-  
t; Exarsit illico animus Noster zelo tuen-  
dæ Catholicæ Fidei, cujus depositum,  
Nobis licet indignis, et immeritis ex  
alto concreditum est; et pro amore, quo  
patriam, et Cives Nostros prosequimur,  
maximo fuimus dolore percussi. Itaque  
statim ad Nos accersivimus egregium  
Virum dilectum Filium equitem Justi-  
nianum, apud Nos legatum vestram, cui  
animi Nostri angustias aperientes, in  
mandatis dedimus, ut primum signi-  
ficaret vobis, quanto animi dolore af-  
ficeremur ex rebus novissime gestis,  
deinde patefaceret propensam volunta-  
tem Nostram in conferenda omni ope-  
ra, auxilio, atque autoritate Nostra,  
ut Græcorum res in ista Republica jam-  
diu confusæ, ac perturbatæ ad pristi-  
nam sinceræ doctrinæ sanitatem, Di-  
vina adjuvante gratia, reducerentur. At  
vero etsi aliqua Nos consolatione per-

*Bull. Rom. Tom. II.*

fuderit responsum vestrum Nobis ab  
eodem Legato allatum, ex quo intelle-  
ximus constantem firmamque volunta-  
tem vestram in conservanda integrita-  
te Orthodoxæ Fidei, haud tamen inti-  
mum animi Nostri dolorem abstersit,  
cum perlatum ad Nos non fuerit, ea  
a Vobis capi consilia, quæ rem ad op-  
tatum exitum perducere valeant, quin-  
imo metuendum sit, ne ex longiori  
mora, et tam gravis negotii procrastinatione locus infernalis hostis insi-  
diis præbeatur, ut capta temporis oc-  
casione per pravam calliditatem, Ec-  
clesia S. Georgei in Schismaticam de-  
generet, atque a Schismaticis admini-  
stretur.

§. 3. Quantum vero istud ignomi-  
niæ, ac dedecoris vobis afferet, quam  
turpiter pietatem, religionemque Rei-  
publicæ inquinaret, si perversorum co-  
natus contra Dei legem, contra insti-  
tutionis Catholicæ unitatem, contra Apo-  
stolicam auctoritatem, contra Majorum  
vestrorum statuta prævalerent, me-  
lius vos ipsi intelligitis, quam quod  
oratione exprimi possit. Quamobrem ad  
vestram virtutem, pietatemque excitan-  
dam, non verbis Nobis opus est, sed  
quod grave, aut ingratum vobis esse  
non debet, Ecclesiæ illius a vestris scri-  
ptoribus typis ædita monumenta con-  
sulite, ante oculos vestros proponite præ-  
clara Majorum vestrorum exempla, re-  
vocate in mentem eorum studia, cu-  
ras, et sollicitudines quibus inter sub-  
jectos sibi Græcos omni opera, et co-  
nata Catholicam Religionem conserva-  
re, Schismaque, erroresque, quibus  
Schismatici infecti sunt abolere peni-  
tus, et ex vestra gloriosa Civitate eli-  
minare curarunt.

§. 4. Ipsi enim a prædecessore No-  
stro Leone X. impetrare studuerunt, ut  
Templum S. Georgii a Græcis ædifica-  
retur, immuneque a jurisdictione Ordini-  
arii hinc S. Sedi subjectum esset, quo  
firmius ab illa Natione Catholica Reli-  
gio retineretur: neque alio spectarunt  
sanctiones illæ decemvirales Annorum  
1534, et 1542 quibus cautum est, ut  
ad regendam illam Ecclesiam Catho-  
lici, Præsbyteri adsciscerentur, atque ii  
tantummodo, qui se Catholicos Patriar-  
chæ probassent, ut omnis schismaticæ  
pravitate suspicio removeretur. Hujus-  
modi autem sanctiones, quæ postmo-  
dum hominum pravitate labefactæ fue-  
rant, salubri providentia cum sæpe alias,  
tum præsertim anno 1720. renovatæ fue-  
runt. Manifestum tunc, et omnibus no-  
tum solemnibus decreto Venetus Senatus

Dedecus Ve-  
netæ Reipubli-  
cæ exprimit,  
quoties schis-  
matici minitatio  
pro viribus  
non obsistat.

Origo Eccle-  
siæ pro Græ-  
cis Catholicis,  
et Venetæ Rei-  
publicæ salu-  
tates sanctio-  
nes commemorat

De irregulari-  
tate electionis  
Episcopi Græ-  
ci in Ecclesia  
S. Georgei con-  
queritur.

esse voluit, mentem, ac voluntatem suam in id unum ferri, ut rite sancteque a Græcis coleretur Deus, ut custodiretur Catholica Religio, sibi que propositum, ac statutum fuisse, arcere ab Ecclesia S. Georgii ea omnia, quæ turbare possent Sanctæ Fidei puritatem, juxta Bullas, quarum autoritate fundata fuerat. Indeque factum fuit, ut remoto Sacrorum Ministro, tunc Schismatis suspicione adlaborante, præceptum fuerit, novos eligi, præhabita inquisitione per Patriarcham, aut Apostolicum Nuncium ad approbandum illum, qui Catholicus conseretur, vetitum vero, ne qui rejectus esset, alios quam eundem Patriarcham appellare posset.

Perturbationem Catholicorum verum in Ecclesia S. Georgii, et graviora immunitia damna significat.

§. 5. Hæc sunt, Dilecti Filii, Senatus consulta vestra, Patrumque vestrorum: Cur secundum illa fieri non imperatis? Vos non latet, plures ante annos Græcorum rem in ista Ecclesia perturbatam, et inversam esse, ejus gubernium ordine, et Rectore destitutum, Schismaticos invaluisse, gemere Catholicos, et afflictos jacere. Gravissimum hujusmodi malum magisque in dies grassatur, et quod non sine lacrymis cogitare possumus eo audaciæ perventum est, ut Schismatica perfidia structis Religioni vestræ insidiis pseudo Episcopum media vestra Civitate statuere, lupum in Ovile Dominicum inducere, Altare profanum erigere, Cathedram erroris, et pestilentiae constituere, Christi membra discerpere, Fidelis populi animum, et corpus unum, impia æmulatione lacere, molitur. Nos in tanto Catholicæ Fidei discrimine muneri Nostro Apostolico deesse non possumus, quin pro ea inter Græcos conservanda, retinendaque, vitam ipsam profundere parati simus, ut aliquo remedio, Fidei, inter istos Græcos periclitanti, subveniatur. Resonat enim assidue ad aures nostras, qui speculatores in Domino Israel constituti sumus, vox illa Domini per Prophetam suum comminantis, et dicentis = *Si speculator viderit gladium venientem, et non insonuerit buccina, et populus se non custodierit, veneritque gladius, et tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram* =

Venerat Republicæ Magistratus observat ut tot impendentibus malis obstant, Catho-

§. 6. Vos igitur, Dilecti Filii, vox Nostra compellat, ad vos Nostram convertitur sollicitudo, atque per viscera Jesu Christi, qui pretioso Sanguine suo animas hominum redemit, etiam at-

que etiam Vos rogamus, et hortamur ut grassanti huic pestilentiali morbo obsistatis. De Fide agitur, deque illa servanda incorrupta in ista vestra Civitate: id unum satis superque Vos commovere, et impellere debet, ut omnes pietatis, ac Religionis vestræ vires exeratis, vosque ipsos ponatis murum pro Domo Israel. Nos quoque ex parte Nostra Duces vobis erimus ad bellandum bellum Domini, et quidquid opis, et auxilii a Nobis, vel auctoritate, vel studio, ac vigilantia conferri poterit, conjunctis vobiscum studiis in hanc Dei, et Ecclesiæ causam libentissime impendemus: et interea benevolentiam Nostram erga vos, vestramque Rempublicam pignus, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxvii. Februarii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

licamque fidem tuentur.

### CCLXIX.

Dat. die 4. Mart. 1762 Anno IV.

Cum Toletano Episcopo queritur, quod in sua Diœcesi transtulerit jejunium pervigilii S. Mathiæ Apostoli, Episcopali tantum auctoritate, et inconsulta Sede Apostolica, cui tantummodo potestas est commutationis jejunii in Ecclesiâ Catholica.

Dilecto Filio Nostro Aloysio S. R. E. Cardinali de Corduba Archiepiscopo Toletano

Clemens Papa XIII.

Dilecte Fili salutem, et Apostolicam Benedictionem

§. 1. Et patens amor, quo te complectimur, et impositum humilitati Nostræ Apostolicæ servitutis officium, ea Nos dissimulare non sinunt, quæ et regulis antiquissimis minime consentanea sunt, et Apostolicæ Sedis dignitati contraria; ac proinde diffiteri non possumus, non sine mœore accepisse Nos, in ista Toletana Diœcesi, jejunium pervigilii S. Matthiæ Apostoli in proxime antecedens Quinquagesimæ Sabbathum, Episcopali auctoritate translatum; siquidem ignorare non poteris gravissimam animi Nostri reluctantiam in eo jejunii die commutando, ne quod Ecclesiastici ritus est, Baccanaliū turbis, quas impura su-

Pontificis Romani officium est iis obsistere; quæ Ecclesiæ antiquissimis regulis adversantur.

perstitio invexit, et cum abolere nondum penitus queat, purissima Christi Sponsa detestatur, et fletu prosequitur amarissimo, concedere locum, eamque ob causam sua sede dimoveri videtur; neque tibi pariter incognitum esse debuerat, quod eximie pietati carissimi in Cristo Filij Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici plurimum fidentes, ejusmodi petitionem pro se, et Aulico Comitatu per dilectum Filium Emanuele Roda Regium Ablegatum Nostrum delatam, censuimus æquam eidemque indulgimus id, quod alteri præterea nemini concessum a Nobis fuit; quæ quidem a tanto Rege Apostolicæ Sedi facta petitio, nonne satis erat ad ostendendum, soli Romano Pontifici pertinere jejunium in Ecclesia universa receptum, cujus, etiam mentio corpori Canonici Juris fuit inserta in alteram diem transferre? Ac demum eadem ipsæ encyclicæ literæ Sa. Me. Benedicti XIV; quibus ejusmodi translationem tum elargiri non reuuit, si præ manibus sumantur, hoc ipsum non comprobant apertissime?

Tuleianum Antistitem ad observantiam erga Romanam Cathedralam revocat.

§. 2. Quare de mœore Nostro, Dilecte Fili, mirari non debes, qui eo gravior fuit, quo cogitabamus te, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem esse, et tam insignis Ecclesiæ Archiepiscopum Hispanicæ Nationis, quæ Romanæ Cathedræ observantissima semper fuit; Verum hæc eadem cogitatio Nos pariter consolatur, certo enim certius fore confidimus, ut quæ paternæ charitatis impulsu duximus perscribenda, pro tua egregia in Nos voluntate, et in Apostolicam Sedem obsequio æqui bonique facias, ac interea Apostolicam Benedictionem tibi dilecte Fili Noster, peramanter impertimur. Datum Romæ etc. die iv. Martii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto. =



CCLXX.

Dat die 27 Mar.  
1762. Ann. IV.

Ordinationes et decreta condita in comitiis Generalibus Congregationis Monachorum Cælestinorum Ordinis S. Benedicti pro meliori ipsius Congregationis regimine, confirmantur, et Pontificia auctoritate roborantur.

*Constitutio Benedicti XIV. diei 20. Decembris 1745. de qua sermo est in sequentibus Ordinationibus non reperitur impressa in Benedictino Bullario.*

Clemens Papa XIII.

Ad Futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Fridericus del Giudice Abbas Generalis Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Cælestinorum nuncupatorum, quod in transactis, ac in nupero Mense Majo proxime præterito habitis Capitulis Generalibus ejusdem Congregationis, diversæ ordinationes, seu decreta pro bono ipsius Congregationis regime condita fuerunt, tenoris sequentis, videlicet.

Preces portet pro presentium ordinationum approbatione.

I.

Ut Lectores S. Petri ad Magellam de Aversa, Sanctissimæ Trinitatis de Sancto Severo, et S. Petri Cælestini de Mediolano postquam per duodecim annos docendi munere laudabiliter functi fuerint, in Abbates eligi possint, quemadmodum cæteri Philosophiæ, ac Theologiæ Lectores hac eligibilitatis in Abbates prærogativa gaudent, ubi per novem, vel duodecim annos pro diversa locorum ratione docuerint.

Tenor ordinationum

II.

Ut renovetur quod præcipit Cælestinorum constitutio de non promovendis in posterum, qui studiis operam non navaverint, ac iis laudabiliter se gesserint, quod jurato Abbatis loci, et Lectorum testimonio constare debet.

III.

Ut Concionatores postquam per annos quinque, vel duodecim pro dignitate (quarum catalogus extat in Capituli actis) laudabiliter, et cum fructu verbum Dei prædicaverint, in Abbates eligi possint.

F f 2

## IV.

Ut Monachi, qui per integrum novennium Cancellarii, et Archivista, quive per integrum duodennium Coadjutoris munus laudabiliter exercuerint, iisdem privilegiis, exemptionibus, et prærogativis, quibus formales Lectores actualiter legentes perfruuntur, potiantur, et gaudeant.

## V.

Quum administratio honorum, et reddituum nostræ Abbatiæ Murronensis quam maxime late pateat, nec unus Procurator sufficiat; hinc alii duo adjungantur eidem, iique fruantur habilitatione (quæ tamen initium non sumat, nisi ab anno trigesimo ætatis) ad Abbatium post laudabile novem annorum exercitium.

## VI.

Quum experientia constiterit, nullam utilitatem, immo non parum incommodi, vel perturbationis attulisse quædam decreta edita in Capitulo Generali, quod habitum fuit mense Maio anno millesimo septingentesimo quadragesimo tertio, ac per litteras in forma Brevis a San. Mem. Benedicto XIV, quod incipit = *In supremo militantis Ecclesiæ solio = die vigesima Decembris MDCCXLV.* confirmata, alterum videlicet, quod in ejusdem Brevis cap. 1. §. 3., incipiente = *Præfatus Abbas perpetuus* = continetur circa electionem Abbatis Monasterii S. Spiritus de Maggella ex Filiis dicti Monasterii, quamquam non habeant gradus habilitationis juxta morem nostræ Congregationis, ejusque Abbatis prærogativas, ita ut inter Abbates primæ Provinciæ accenseatur; et alterum, quod in ipsius Brevis cap. 3. = *In omnibus, et singulis Monasteriis* = pariter continetur, circa electiones Abbatum, ac Priorum in Monasteriis ibidem designatis, ad triennium tantum valituras, ita ut alii deinde assumi, et creari queant voce passiva juxta Congregationis morem, minime gaudentes; idcirco hæc eadem Decreta penitus revocentur, et abolentur.

## VII.

Ut Magistri Professorum, qui juventutis Nostræ rectæ, ac timoræ educationi operam sedulo navare debent,

ne sine præmio laborent, gaudeant habilitatione ad Abbatialem dignitatem post novennium, uti et Vicarius nostri Collegii S. Eusebii de Urbe, qui fungitur eodem officio, et Coadjutor Magistri Novitiorum Abbatia S. Spiritus Murronensis: Ipsius autem Vicarii S. Eusebii de Urbe Coadjutor, cui etiam nomen Magistri tribuitur, et alii Magistri Coadjutores Magistrorum Novitiorum, si qui fuerint necessarii, duodecim annorum spatio habiles reddentur ad Abbatialem dignitatem; quæ tamen habilitatio quoad Magistros Professorum ab anno trigesimo ætatis, quoad Magistros Coadjutores ab anno septimo supra vigesimum incipiat.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dictus Fridericus Abbas Generalis prædictæ ordinationes, seu decreta quo firmitus subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summo opere desideret. Nos specialem ipsi Friderico Abbati Generali gratiam facere volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, qui vobis Ven. Fratris nostri Caroli Alberti Episcopi Albanensis S. R. E. prædictæ Cardinalis Cavalchini nuncupati, primodictæ Congregationis apud Nos, et Apostolicam Sedem Protectoris attenderunt, ac dilectum itidem Filium modernum Congregationis hujusmodi Procuratorem Generalem audierunt consilio, præinsertas ordinationes, seu statuta in Capitulis Generalibus condita, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

§. 3. Decernentes, easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et

Pontifex supra relatas ordinationes et statuta, Apostolica auctoritate confirmat, et approbat.

Clausula subhata, et decretum irritans



pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac primodictæ Congregationis, et Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xxvii. Martii MDCCLXII. Pontificatus Nostri anno IV.

CCLXXI.

Dat die 1 April.  
1762. Anno IV.

Indulgentia plenaria conceditur omnibus Religiosis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium ad Missiones deputatis in diversis Christianæ Reipublicæ provinciis, pro unaquaque missione, extendenda Christianifidelibus utriusque sexus confessis, et Sacra Comunione refectis, qui Missionibus ipsis interfuerint.

Clemens PP. XIII.

Universis Christianifidelibus  
presentes literas inspecturis  
Salutem, et Apostolicam benedictionem

**C**ælestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter iis impertimur, quos pro sui in Deum, et proximos charitate, ac Christianæ Religionis zelo animarum salutem omni studio procurare intelligimus. Cum itaque, sicut accepimus, dilectus Filius Minister Generalis Ordinis Fratrum S. Francisci Conventualium nuncupatorum ob hanc cau-

sam hoc, et aliis proxime venturis annis Religiosos dicti Ordinis in diversas Christianæ Reipublicæ Provincias mittere constituerit: Nobis propterea humiliter supplicari fecit dictus Procurator Generalis, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Omnipotentis Dei misericordia omnibus, et singulis prædicti Ordinis Religiosis mittendis (ubi tamen non erunt Missionarii Congregationis de Propaganda Fide) ac aliis utriusque sexus Christianifidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, Nostram, et Apostolicam benedictionem per præsentem impertimur, nec non eisdem vere penitentibus, et confessis, ac S. Comunione refectis, qui pro S. Romanæ Ecclesiæ exaltatione, Principum Christianorum unione, infidelium conversione, hæresim extirpatione, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem, quam etiam animabus Christianifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino auctoritate Apostolica, tenore præsentium pro una vice dumtaxat, pro unaquaque Missione, de Ordinariorum respective licentia habenda concedimus, et elargimur. Hortantes Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, et alios Ecclesiarum Dei Prælatos, et Rectores, ac Verbi Dei Prædicatores, ut in suis quisque Ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, præsentem literas, et omnia in eis contenta publicent, ac publicari faciant, ac omnem eisdem Religiosis favorem, et auxilium in præmissis præstent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque etc. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Procuratoris Generalis dicti Ordinis subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die prima Aprilis MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat. die 12 Apr.  
1762 Ann. IV.

CCLXXII.

Approbatio Decreti Sacræ Congregationis Rituum super Officio celebrando in Festo Beati Martini de Aguirre Ordinis Minorum S. Francisci Excalceatorum.

*Constitutio Clementis VII Nonis Februarii 1797 qua Martinus de Aguirre Beatorum Martyrum numero adscriptus fuit non reperitur impressa in Bullario Mainardii.*

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Refertur tenor  
Decreti Congregationis Sacris Ritibus præpositæ.

§. 1. Emanavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum decretum tenoris, qui sequitur videlicet  
 » In Festo Beati Martini de Aguirre in  
 » secundo Nocturno **LECTIO IV.** = Marti-  
 » nus de Aguirre natione Cantaber,  
 » Vergaræ in Guipuscoa Nobili Gene-  
 » re natus, primis literarum, et pie-  
 » tatis rudimentis domi imbutus est.  
 » Complutum deinde profectus, dum  
 » Philosophiæ, et Theologiæ studiis in  
 » illa Accademia operam daret, Chri-  
 » stianis virtutibus escolendis adeo in-  
 » cumbuit, ut doctrina, et sanctitate  
 » morum, oportuna sibi comparaverit  
 » adjumenta, quibus utilius Divinæ  
 » gratiæ instrumentum fieret; inter ju-  
 » ventutis, carnisque suæ illecebras  
 » continentia morum elusit otium, et  
 » improborum consuetudinem declinans  
 » ab ipsis etiam innoxiiis juvenilibus  
 » ludis abstinuit, et quod a literarum  
 » studio supererat temporis fundendis  
 » ad Deum precibus, piis legendis li-  
 » bris, ferendis de Deo, Divinisque re-  
 » bus sermonibus, ac Templis visi-  
 » tandis impendens, altior ajecit Sancti-  
 » tatis fundamenta, ut festinantius in  
 » via Domini properaret, in ipso ætat-  
 » is flore ad Religiosa Castra convola-  
 » vit, Ordinem ingressus Sancti Franci-  
 » sci inter Fratres, quos Minores Ex-  
 » calceatos vocant in Conventu Anon-  
 » nensi. **LECTIO V.** = Professione emissa,  
 » et ab Ascensione nomine sibi impo-  
 » sito, ac Sacerdotio initiatus per altas  
 » Christianæ perfectionis semitas nun-  
 » quam interrupto cursu ad Deum sem-  
 » per contendit. Ardentissimum in eo  
 » fuit Divini honoris, ac Religionis stu-  
 » dium, frequens oratio diu, nocturne

» ad plures horas protracta, quotidiana  
 » ac devota Missæ celebratio, profun-  
 » da, qua enituit, humilitate, viliora  
 » quæcumque exercere consuevit mini-  
 » stria, effectus verus Divi Franci-  
 » sci Sectator. Alienæ salutis studio-  
 » sissimus, verbo, et exemplo alios eru-  
 » diens, visus tunc usque fuit in Evan-  
 » gelii præconem ad vocationem gen-  
 » tium a Deo præordinatus. Visus est  
 » etiam Martyrio quodammodo prælu-  
 » sisse mirabili carnis suæ mortificatio-  
 » ne, bellum sibi indicens, cilitiis  
 » continuo præmebatur, nudis incede-  
 » bat pedibus, pane, et aqua conten-  
 » tus, vix quandoque veluti in delicias  
 » paucis utebatur herbis, et singulis  
 » noctibus semel, bis, et tertio cruen-  
 » tis flagellis Corpus suum castigabat.  
 » **LECTIO VI.** Ardenti, quo estuabat  
 » desiderio Martyrii pro Christo subeun-  
 » di, sexto Religionis anno una cum  
 » Sociis Hispali solvens Mexicam pri-  
 » mo, deinde Maniliam Philippina-  
 » rum appulit, quibus in locis Philo-  
 » sophiam et Theologiam edocuit. Po-  
 » stremo Japoniam pervenit, eo potis-  
 » simum tempore, quo publicis Ty-  
 » ranni edictis fervebat in Operarios  
 » Evangelicos sæva Taycosamæ perse-  
 » cutio. **Incredibile dictu est, quo ani-  
 » mi ardore, pectoris constantia, fir-  
 » ma in Deum fiducia, ardentique in  
 » proximum charitate prædicationis,  
 » opus aggressus fuerit. Divini verbi ar-  
 » matus gladio pertingente usque ad  
 » divisionem animæ, et spiritus Evan-  
 » gelicæ veritatis vexillum cum sociis  
 » erexit forti animo, spreto Tyranni  
 » jussu Usace compræhensus, aliisque  
 » Dei Servis adjunctus, auriculæ sibi-  
 » stræ parte abscissa, per plures Japo-  
 » niæ Urbes Nangasaquium usque per-  
 » ductus est. Ex hac Crucis via non  
 » veritus cum Apostolo, nec vincula,  
 » nec tribulationem ab incepto sanctæ  
 » prædicationis opere, cujus zelus cor  
 » ejus comederat, numquam destitit,  
 » imo, et verbo, et efficacissimis li-  
 » teris commendavit tum Locum tenen-  
 » ti Gubernatoris Maniliæ, tum Patri-  
 » bus Provinciali, et Philippinarum Pro-  
 » curatori. Ibi ejus corpus annulis fer-  
 » reis superimpositum fuit Cruci in al-  
 » tum elevata, ex qua pendens cæte-  
 » ros adhortatus est ad Martyrium. Bi-  
 » nis lanceæ icibus ab imis lateribus  
 » ad humeros usque transfixus, hymnis,  
 » et canticis Deum laudans securus per-  
 » venit ad palmam Martyrii nonis Fe-  
 » bruarii Anno Millesimo quingentesi-  
 » mo nonagesimo septimo, quem Ur-**

banus VIII, cum aliis Sociis Beatorum Martyrum numero adscripsit, et CLEMENS XIII. Pontifex Maximus has proprias Lectiones ejus in honorem decrevit, atque approbavit =. In Tertio Nocturno Hom. Sancti Augustini Episcopi, in Evang. Amen Amen dico Vobis nisi granum frumenti etc. ut in Festo Sancti Laurentii Martyris die x. Augusti. Missa. De Comuni unius Martyris non Pontificis primo loco cum Oratione, et Evangelio predictis. Si celebretur cum Octava, Lectiones Secundi, et Tertii Nocturni infra eam desumendæ sunt ex Octavario Romano cum Oratione propria = Calaguritana =. Cum Clerus, et Populus Villæ Vergaræ Diœcesis Calaguritanae in Provincia Guipuscoa in Hispaniis Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicassent, quatenus approbare dignaretur suprascriptas lectiones proprias Secundi Nocturni Beati Martini ab Ascensione de Aguirre Martyris Ordinis Minorum Excalceatorum Sancti Francisci recitandas ab utroque Clero Diœcesis Calaguritanae, Sacra Congregatio ad relationem Eminentiissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Feroni Praefecti, et Ponentis, audito etiam R. P. D. Cajetano Forti Fidei Promotore, supradictas lectiones approbando indulset, ut ædem lectiones ab utroque Clero Seculari, et Regulari tum ejus Villæ Vergaræ, tum universæ Diœcesis Calaguritanae die v. Februarii festo ejusdem Beati Martini Martyris recitari possint, et valeant, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit. ix. Februarii MDCCLXII. = Factaque deinde per me Secretarium de predictis eisdem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die xxvii. ejusdem Mensis, et Anni MDCCLXII. = Joseph Maria Cardinalis Feroni Praefectus = S. Burgheisus Prothonotarius Apostolicus, et Prosecretarius = Loco ✠ Sigilli. =

§. 2. Cum autem sicuti pro parte Dilectorum Filiorum Cleri tam Secularis, quam Regularis, ac Universitatis, et Hominum Terræ, seu Loci, vel Villæ di Vergara Calaguritanae Diœcesis Nobis subinde expositum fuit, ipsi decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communi summo desiderent. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibus excommunicationis, suspensionis, et interdicti,

aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vi. Aprilis MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto.

*Clausula sublimata, decretum irritans, et derogatio pontificiorum.*

## CCLXXIII.

Dat. die 13 Apr. 1762 Ann. IV

Alloquutio in Consistorio Secreto diei 12 Aprilis 1762 qua exponitur, Romanos Pontifices etiam ex S. R. E. Cardinalibus Ordinis Diaconorum assumpsisse titulares Cathedralium Ecclesiarum sub infidelium potestate ingemiscientium.

*Chorintiensis Ecclesia de qua hic sermo est regebatur prius a Cardinali Duce Eboracensi ut videre est hujus continuationis Tom. I Num. XVI. pag. 45.*

Venerabiles Fratres

§. 1. Compertum vobis est, quod Romani Pontifices prædecessores Nostri, non semel S.R.E. Cardinales ex ordine quoque Diaconorum assumptos juxta temporum, rerumque opportunitatem Cathedralibus Ecclesiis etiam sub Infi-

*Exponitur consuetudo Sedis Apostolicæ eligendi etiam ex Cardinalibus Diaconis titulares Ecclesiarum in*

*Decretum supra relatam Pontificia auctoritate confirmatur, et approbatur.*

partibus infidelium.

delium potestate misere ingemiscentibus præferunt, Cum itaque impulsus Nos ab eximiis, quibus ornatur meritis dilectus filius Noster Marcus Antonius Diaconus Cardinalis Columna, cum Vicarium Nostrum Generalem, nostræque Romanæ Curie, ejusque Districtus Judicium Ordinarium delegerimus, eundem ut Pontificalia munia, sicut novum ei demandatum Officium exigit, exercere valeat, Episcopali caractere insignire, et ad vacantem Metropolitanam Ecclesiam Corinthiensem in partibus Infidelium existentem promovere decrevimus.

Religio, et virtutes Cardinalis Columna laudibus commendantur.

§. 2. Et quoniam satis Vobis respectæ sunt religio, integritas, et cæteræ virtutes quibus idem Cardinalis Columna præfulget, memorandam hic tantum censemus singularem ejus modestiam, et Christianam humilitatem, quam dum ei præfatum Vicariatus munus contulimus, merito mirati sumus.

*Quid vobis videtur?*

Auctoritate igitur Omnipotentis Dei, et SS. Apostolorum Petri, et Pauli providemus Ecclesie Corinthiensi de persona memorati Marci Antonii Cardinalis, præficiendum eum in Archiepiscopum, et Pastorem cum retentione omnium, et quorumcumque quæ obtinet, ac indulgentiarum quibus gaudet. In Nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus Sancti ✠

Dat die 17. Apr. 1762. Ann. IV.

CCLXXIV.

Qua ratione Mantuanæ Ecclesie Pyrgensem Archiepiscopum præfecerit, sine ullo jurium Majestatis suæ detrimento exprimit Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ, Bohemiæ Reginæ, et in Romanorum Imperatricem electæ.

Carissimæ in Christo Filie Nostræ  
Mariæ Theresiæ  
Hungariæ Reginæ Apostolicæ,  
nec non Bohemiæ Reginæ Illustri  
in Romanorum Imperatricem Electæ

Clemens PP. XIII.

Carissima in Christo filia Nostra salutem,  
et Apostolicam benedictionem

Laudem Imperatricis Reginæ exprimit, et

§. 1. **E**t si nulla in re magis mens Nostra defixa est, quam ut Majestatem

tuam, quæ in omnibus actionibus suis specimen præbet religionis, pietatis, et in hac Sanctam Sedem præcipui obsequii, omnibus omni tempore quibuscumque possumus, officiis demereamur, nec quidquam tantopere expetimus, quam in iis, quæ tibi grata fore suspicemur, atque jucunda, omni studio voluntatem tuam divinando prævertere, tamen cum Nobis eâ Pontificatus videatur esse data conditio, ut omnes asperitates perferamus, vel illud quod summo studio consecrati sumus, quodque ad omnem rationem obsequendi Majestati tuæ toto pectore incumbentes, jucundissimo animi Nostris sensu assequutos Nos esse putabamus in gravissimam Nobis molestiam verterit, et acerbiter.

§. 2. Mantuanæ Ecclesie iis virtutibus ornatum, quas Episcopale munus postulat, præfecimus hominem tibi addictum, deditum, et obstrictum, cui propter summam qua te colit, observantiam, et fidem ipsa tua Majestas antea a Nobis Archiepiscopatum Pyrgensem impetraverat. Ecce autem ac improviso, ubi tuam gratiam, quam magno studio aucupabamur prope consequuti esse Nobis ipsi videbamur, inde ex Majestatis tuæ literis datis die 29. Martii non levis querelæ causam tibi ortam esse comperimus, sed si rem omnem ut gesta sit, Majestas tua repeti ab initio patiat, omnis profecto ab animo tuo vel leviuscula suspicio amovebitur, Nos per festinationem præficiendi Mantuanæ Ecclesie Episcopi, quidquid juris in ea re habere te opinaris, eludere voluisse, quæ quidem agendi ratio, et a Nostris institutis longissime abest, et moribus, et ab ipso ingenio, Nostraque natura, quæ nihil sectari potest, nisi rectum, et simplex.

§. 3. Cum dilectus Filius Noster Alexander Cardinalis Albanus, Januario ineunte, dilecto itidem Filio Nostro Aloysio Cardinali Torrigiano Nostro Secretario Status, Mantuanum Episcopum extremum diem obiisse denunciavit, eam consuetudinem esse dixit, ut plures Majestas tua proponeret, quorum e numero, qui Nobis videretur aptissimus, Mantuanæ Ecclesie præficeremus, illudque responsum tulit, hic apud Nos de ea consuetudine nihil esse compertum, nec quemquam esse, qui existimaret, eam constituendi Mantuani Episcopi rationem a Nobis adhiberi oportere. Sed tamen de Majestatis tuæ jure vehementer solliciti, et acta Consistorialia, et Tabularia Nostra diligentissime excuti

Pontificis desiderium eidem gratificandi

Mantuanæ Ecclesie præficcisse viciniam Majestati Suae addictum, et ab ea jam alius ad alteram Sedem commendatum significat.

Qua fuerit ratione motus ad providendam Mantuanam Ecclesiam exprimit, autemque alienum habuisse detrahendi juribus si qui essent Majestatis Suae.

jussimus. Cum autem nullum ejus consuetudinis neque vetustum, neque novum vestigium apparuisset, dubitare non potuimus, quin prædecessores Nostri arbitrato suo semper elegerint, quem Mantuanæ præesse velint Ecclesiæ. Ab eo tempore perpetua de ea re taciturnitas est consequuta, nec quisquam fuit qui de hoc negotio vocem emisit, nisi cum in eo jam essemus, ut Mantuanum Episcopum crearem. Interea Venerabilis Frater Vitalianus Archiepiscopus Thebanus Noster apud Majestatem tuam Nuncius renunciavit Nobis, dilectum Filium Comitem Colloredum Olucentensem Canonicum a Majestate tua commendari, cui Mantuanam Ecclesiam gubernandam committeremus. Rogatu quidem tuo arbitramur nihil non impetrari oportere. Sed propter hominis haud ita maturam ætatem Regiæ voluntati tuæ minime obsequendum existimavimus: quod Majestas tua pro animi sui æquitate, ac magnitudine, seu potius pietate, et religione in hanc partem accepit. Quod autem certum quemdam, et unum tantummodo hominem Nobis commendaveris, idcirco non modo opinione, sed ipsa re ducti, sic persuasim habuimus, de pluribus proponendis te nunquam cogitasse, nec monumentum extare ullum apud vos, quod de plurium proponendorum consuetudine testaretur: huic existimationi Nostræ firmitatem etiam addiderunt, et robur, quæ postea sunt consequuta. Cum enim de Archiepiscopo Pyrgensi in Mantuanum Episcopum eligendo deliberarem, diligenter investigando comperimus, Nostrum consilium tibi certo gratum fore, gratioremque eam electionem tibi futuram, si Colloredo super fractibus Mantuanæ Ecclesiæ pensionem aliquam reservaremus: quod libentissime fecimus. Quæ omnia si Majestas tua suis, hoc est æquitatis ponderibus examinaverit, facile perspiciet, Nos non id juris elusum voluisse, quod in Mantuano Episcopo constituendo te habere existimas, sed potius cum exploraverimus, qui de uno certoque homine sensus esset animi tui, illumque in spem tuæ gratiæ elegerimus, angustiorum quemadmodum in locum Nostrum arbitrium contraxisse, quod latius porrigeretur ad plures, si ex consuetudine, cujus tamen nullum comperimus extare vestigium, plures tua Majestas proposuisset.

§. 4. Quamobrem te obtestamur in Domino, et obsecramus, ut omnem suspicionem, et si qua est, animi tui

*Bull. Rom. Tom. II.*

offensiuunculam vel deponas, vel Mantuanæ Ecclesiæ hono permittas, neve tua patiatur Majestas Pyrgensi Archiepiscopo aditum ad eam Ecclesiam occludi, quæ suo si Pastore tantisper careat, ipsa vides pro singulari sapientia tua, quanta sit Dominici Gregis parti extimescenda pernicies. Cæterum Regia liberalisque mens tua sperare nos jubet, te non aliter de Nobis sentire, quam ipsa velis de Majestate tua, cæteri mortales et sentiant, et prædicent. Equidem Nos, qui res opesque tuas cum rationibus, rebusque Catholicæ Ecclesiæ arbitramur esse conjunctas, secundamque Nobis vitam tum fore existimamus cum ad tuas res augendas, amplificandasque quidpiam conferre possumus, quam longissime absumus ab eo, ut quidquam de Majestatis tuæ juribus velimus esse detractum, teque itidem putamus non tam pro summa æquitate tua, quam pro flagrantissimo studio quo Sacram Beati Petri Sedem coluisti semper, et colis, nunquam passuram de ejusdem Apostolicæ Sedis juribus ne tantillum quidem imminui. Denique a honorum omnium Auctore Deo tibi carissima in Christo Filia Nostra votis omnibus secundissima quæque præcantes, Majestati tuæ Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ die 17. Aprilis 1762. Pontificatus Nostri Anno quarto.

gatum ex hac Ecclesiæ Mantuanæ provisione videri debere iterum confirmari.

CCLXXV.

Dat. die 21 Apr. 1762. Ann. IV.

Uladimirensis Antistitem graviter oburgat. quod in administranda Ecclesia opus Dei negligenter gerat, et commisso sibi Gregi offensionem sit.

Venerabili Fratri Feliciano  
Episcopo Uladimirensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Et literis multorum, et omnium sermone perlatum est, Fratritatem tuam in administranda ista Ecclesia Opus Dei non modo negligenter, sed ita male, ac præpostere agere, ut Catholica res magnum, ac lucuosum detrimentum capere videatur. Cupimus ea quæ feruntur falsa omnino esse, et non possurans non profiteri, Nobis id grave, molestumque ac-

De illius negligentia in Ecclesiæ administratione quarrelas accepisse Pontifex cum animi memora condoleatur.

G g

cidisse, cogitantibus præsertim Regiones istas quo plus ab hac Sanctissimæ Religionis Sede principe, ac Magistra, longissimo locorum intervallo distant, propiusque insidiis Hæreticæ pravitatis expositæ sunt, eo majore quodam præsidio, et custodia agere, ut, si Episcopus ipsos positos quasi munitissimos vallos, et muros pro Domo Dei Israel labefactari, intelligamus, nihil reliqui videamus, quod fædissimam impietatis eluvionem, et extremam Catholici gregis perniciem comprimere, ac retardare possit: At hoc tantum mali in Ecclesiam istam magno tuo cum dedecore jam inuictum fuisse, latiusque in dies grassari non sine maximo animi Nostri dolore percipimus. Quem quidem dolorem diutius continere Nos non patitur sollicitudo omnium Ecclesiarum qua urgemur, neque patitur Divini iudicii metus, quod Nobis appropinquare jam, planeque instare sentimus, et in quo intelligimus Deo reddendam a Nobis esse rationem de universo Catholico grege, quem redemit Sanguine suo.

Negligentem commonet Antisitem, ut negligentia seposita se Episcopum esse recordetur.

§. 2. Quare Nostræ partes sunt, serio monere Fratritatem tuam, et per viscera Jesu Christi hortari, ac plane etiam, atque etiam rogare, ut hanc a te suspicionem, quam longissime amoveas, teque Episcopum esse recorderis. Habes in hoc Episcopi nomine, ac munere unde te ipsum excites ad sarcendam offensionem illam, si quam universæ Ecclesiæ, Nobis, Gregi isti tuo præsertim intulisti. Audi quæso, Venerabilis Frater, Patrem tui amantissimum, qui Te licet absentem, atque errantem, vocat tamen, atque arctioribus charitatis vinculis complecti cupit: audi in hisce literis vocem Jesu Christi Principis Pastorum omnium monentis, ut te ipsum, et suas tibi concreditas Oves ad sinum misericordiæ suæ reducas optimo exemplo suo. Hoc abs te postulat, atque exigit causa religionis, atque etiam salutis tuæ sempiternæ. Nos ne muneri Nostro deessemus, hæc ad te literas paternæ sollicitudinis testes collacrimantes scripsimus, nec non Venerabili Fratri Archiepiscopo Ephesino ad carissimum in Christo Filium Nostrum Poloniæ Regem Illustræ, Nostro, et Apostolicæ Sedis Nuncio in mandatis dedimus, ut in mores, vitamque tuam, et istius Diœcesis administrationem diligentissime inquirat, Nobisque accurate referat omnia. Speramus in Domino meliora de te quidem relaturum, ne co-

gamur cum Fratritate tua agere severius, eaque consilia capere, quæ Canonice legibus præscribuntur: atque ioterea Apostolicam Benedictionem tibi Venerabilis Frater peramanter imperitumur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die XXI. Aprilis MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCLXXVI.

Dat. die 5. Apr. 1762 Anno IV.

Prævia avocatione ad Sanctam Sedem omnium controversiarum jurisdictionalium inter Episcopum Caputaquensem et Ordinem Monachorum S. Benedicti Congregationis Montis Virginis in quocumque Tribunali existentium, privilegia alias a Summis Pontificibus huic Ordini concessa confirmat, et plene observari debere futuris temporibus imperat.

*De controversiis obortis inter Monachos hujus Ordinis, et Episcopum Caputaquensem, videnda est Constitutio LVII hujus Pontificis relata jam in hujus Continuationis Tom. I. pag. 130. Constitutio altera Clementis XII pridie Idus Maii 1732 de qua sermo est in præsentibus, non reperitur impressa in Bullario Mainardi.*

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **L**audabile Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrum institutum, ut si quas super quibusvis negotiis emergere, et erumpere perspexissent contentionem, lites, ac discrepationes, statim Apostolica auctoritate, et providentia dirimerent, componerentque, eo majori studio teneri, ac sectari Nos in Sacrosancti Apostolatus specula constitutos decet, quo dum in minoribus constituti eramus, nihil curavimus impensius, quam ut e medio sublatis contentionum, litium, disceptationumque forensium dissidiis ac tricis, per solam, liquidamque veritatis inspectionem, jus suum unicuique tribueretur, ac justitia, et pax sese invicem oscularentur.

Exordium

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Modernus Procurator Generalis Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Virginis, quod vigore privilegiorum a nonnullis Romanis Pontificibus prædeces-

Privilegia alias a Summis Pontificibus huic Ordini concessa summam indicantur.

soribus Nostris , et nuper a Clemente PP. XII prædecessore itidem Nostro eidem Congregationi concessorum , et innovatorum Congregatio hujusmodi , seu illius pro tempore existens Abbas Generalis , inter cætera , indulto gaudet utendi Mitra , Baculo , Annulo , cæterisque indumentis , et insigniis Pontificalibus , nec non Ecclesias , ac Paramenta sacra , dictæque Congregationis Abbates ad regimen , et gubernium Monasteriorum ipsius Congregationis ; de novo electis benedicendi , ac jurisdictionem temporalem , et spiritualem , et quasi Episcopalem in Terris , seu Locis , aut Oppidis Mercuriani , Hospitalecti , Vallis , Torelli , Sancti Guglielmi de Guleto , Sancti Joanni Aquariæ , ad cujus etiam novæ Ecclesiæ , et Monasterii favorem quoddam Instrumentum a bo: me: Raynaldo tunc existente Episcopo Trivicano , seu Vicano cum consensu tunc existentium Capituli , et Canonorum olim factum , et nunc Nobis exhibitum reperitur , nec non Sancti Martini , Terrænovæ , Sancti Jacobi , et Fesulari , ac Massæ , aliisque Locis , quorum , et quarum Dominus in temporalibus etiam existit , exercendi , ac particulare , et separatam Territorium in illis habendi , Synodumque convocandi , et Examinatores in ea deputandi , ac Concursus pro Parochialibus Ecclesiis in Terris , Locis , Oppidisque , suæ jurisdictionis temporalis , illorumque territoriis existentibus pro tempore illarum vacationibus , indicendi , et habendi , nec non quæcumque Beneficia pro tempore vacantia in Ecclesiis Ferrarum , Locorum , et Oppidorum hujusmodi , earumque , et eorum territoris existentia conferendi , suosque subditos Clericali caractere insignire , eisdemque minores Ordines conferendi , litterasque Dimissoriales eisdem ad omnes Sacros , et Presbyteratus Ordines promoveri faciendi cupientibus concedendi , litterasque Apostolicas exequendi , ac demum suis subditis prædictis Sacramentum confirmationis conferendi , et alias sub Plumbo prædecessorum prædictorum , ac præsertim ejusdem Clementis XII anno Incarnationis Dominicæ 1732. pridie idus Maii , Pontificatus sui anno secundo , expeditis , uberius dicitur contineri .

§. 3. Præmissis non obstantibus anno 1756 Venerabilis Frater Petrus Antonius Episcopus Caputaquensis coram Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretam , territorium separatam prædi-

ctum , præcipue in Terra , seu loco casualis Massæ , seu Abbati Generali tunc existenti primo dictæ Congregationis adversari inchoavit , nulla habita consideratione antiquæ possessioni , ac prædictis privilegiis , ab usque anno 1732 concessis , et quibus semper gavisus fuit , et in illorum possessione semper , et hucusque remanere perrexit , facta itaque in dicta Cardinalium Congregatione , causæ hujusmodi propositione , concordatisque dubiis nempe » Primo » An Monasterium S. Honuphrii nuncupatum-Massa diruta esset Nullius Diœcesis , et quatenus negative = Secundo = An Priori , seu Abbati dicti Monasterii liceret facultatem concedere Sacerdotibus secularibus ab Ordinario minime approbatis audiendi Confessiones personarum sæcularium in dicta Ecclesia S. Honuphrii = Tertio = An Sacerdotes sæculares , vel Regulares alterius Diœcesis , etiam a proprio Ordinario approbati , audire possint Confessiones personarum sæcularium in dicta Ecclesia de licentia P. Prioris , seu Abbatis ejusdem Monasterii pro tempore , et quatenus negative = Quarto = An et in quas pœnas inciderint tam Prior , seu Abbas , quam Confessarii = Quinto = An fons Baptismalis in eadem Ecclesia positus , esset removendus . Eadem Cardinalium Congregatio die 2. Decemb. dicti anni 1756. respondit = ad primum negative = ad secundum , ad mentem in casu , de quo agebatur , et mens fuit non expedire uti Confessariis ab Ordinario non approbatis = Ad tertium affirmative = Ad quartum = provisum in antecedentibus = Ad quintum = negative , et ad mentem , et mens fuit quod non uteretur nisi consultata Sacra Congregatione .

§. 4. Sabinde vero , instante dicto Petro Antonio Episcopo , causa hujusmodi in ipsa Congregatione Cardinalium de novo proposita fuit ; dicta vero Cardinalium Congregatio rescripsit = In decisis , et amplius . = Vigore autem ipsius novi rescripti tunc existens Procurator Generalis primo dictæ Congregationis binas resolutiones a memorata Congregatione Cardinalium captas , editasque per quasdam Nostras in simili forma Brevis die xv Maii 1759 expeditas litteras , confirmari obtinuit , et vigore præmissorum tunc existens Abbas Generalis , seu primodicta Congregatio hujusmodi in antiqua pacifica , et usque dum observata possessione particularis , et separati territorii , etiam in dicto Casali Massa diruta , ut antea remansit .

Novum quarrelarum examen prelaudate Sacre Congregationi Concilii suppositum.

Querele subortæ circa nullam acta jurisdictionalia cum Episcopo Caputaquensi et iis iudicium Sacre Congregationi Concilii remissum.

Fertium experientium portenta in instanti Episcopo Caputagensi

§. 5. Interea vero temporis contra omnem expectationem dictus Petrus Antonius Episcopus anno proxime præterito confisus super clausulam in dictis Nostris literis super confirmatione prædictarum resolutionum memoratæ Congregationis Cardinalium expeditis appositam = nempe = Salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium = aliasque pro se facientes rationes, novam audientiam a sepedicta Congregatione Cardinalium impetravit, et rursus causa hujusmodi in eadem Cardinalium Congregatione sub dubio = An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc. proposita fuit; dicta Cardinalium Congregatio mature perpensis novis rationibus hinc inde deductis die 30 Januarii nuper elapsi, stetit in Decisis in omnibus, et hujusmodi causam amplius non proponi mandavit. In hoc rerum statu dictus Procucator Generalis considerans ingentes sumptus, quos primo dicta Congregatio ad tuenda jura, et privilegia ab Apostolica hac Sancta Sede sibi concessa impendere coacta fuit, aliosque quos agere cogeretur, si causa hujusmodi de novo, etiam coram Indicibus, et Tribunalibus proponeretur, et prosequeretur, opportune sibi in præmissis a Nobis provideri, et ut infra indulgeri summopere desiderat.

Pontifex controversias omnes a quocumque Tribunali avocet, et amplius proponi prohibet.

§. 6. Nos præmissis quantum cum Domino possumus benigne consulere cupientes, aliisque iustis ex causis animam Nostrum moventibus adducti, nec non privilegiorum a prædictis prædecessoribus nostris dictæ Congregationi Montis Virginis concessorum, ac resolutionum hujusmodi tenores, ac controversiæ, seu liti, et causæ hujusmodi statum, et merita, nominaque, et cognomina, et qualitates colligantium, et alia quæcumque, etiam specificam, et individuum mentionem, et expressionem requirentia, præsentibus pro plene, et sufficienter insertis, et expressis, et specificatis habentes, Motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, quæcumque litem, et causam super præmissis inter prædictum Petrum Antonium Episcopum ex una, et ipsam Congregationem Montis Virginis, seu illius moderatum Abbatem Generalem ex altera, partibus coram memorata Cardinalium Congregatione motam, et pendentem, seu ea de causa coram quibuslibet aliis Tribunalibus, et Indicibus pro tempore movendam in statu, et terminis,

in quibus de præsentibus reperitur, et in posterum, si forsitan pro parte ipsius Petri Antonii Episcopi, et successorum suorum, aliorumve quorumlibet eidem Congregationi Montis Virginis in præmissis inferri contingerit, ad Nos harum serie cum suis emergentibus, annexis, et connexis avocamus, illamque sic avocatum, motu, scientia, et potestate similibus, perpetuo supprimimus, et extinguimus, perpetuumque silentium imponimus.

§. 7. Ac insuper motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus dictam a sepedicta Cardinalium Congregatione die 30 Januarii proximi præteriti editam Constitutionem, nec non memoratam supradicti Raynaldi Episcopi instrumentum prævio consensu Capituli, et Canonicorum confectum, nec non omnia, et singula privilegia, indulta, gratias, prærogativas, et exemptiones a dictis prædecessoribus Nostris, vel Monasterio Principali Montis Virginis, vel Abbati Generali ipsius Congregationis Montis Virginis, vel Congregationi prædictæ, sive in genere, sive in specie super jurisdictionem quasi Episcopalem in Terris, Locis, et Oppidis prædictis, illorumque territoriis, ac declarationem territorii separati in Oppidis, Locis, et Terris a dicta Congregatione Montis Virginis possessis, hactenus concessa, juxta illorum tenorem perpetuo confirmamus, et approbamus; illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, et quatenus opus sit, privilegia, indulta, gratias, exemptiones, jurisdictionem quasi Episcopalem, ac territorium separatum hujusmodi, in Terris, Locis, Oppidisque prædictis, aliasque facultates Congregationi Montis Virginis hujusmodi, illiusque pro tempore existentibus Generalibus, aliisque Abbatibus ejusdem Congregationis, etiam per communicationem Abbatibus, et Monachis Congregationis Cassinensis, seu Montis Casini, Cisterciensis, et Camaldulensis, nec non Ordinibus Mendicantium concessa, confirmata, et pluries a dictis Romanis Pontificibus innovata, motu, scientia, et potestate similibus de novo concedimus, ac extendimus, et ampliamus, dictamque jurisdictionem quasi Episcopalem, et territorium omnino separatum cum exemptione tam activa, quam passiva in omnibus, et singulis Terris, Locis, et Oppidis prædictis a Congregatione Montis Virginis hujusmodi possessis, et dependentibus, illorumque territoris, incolis, et subditis declaramus: Ac quæcumque lites

Privilegia, et exemptiones alias huic Ordini concessa et indulta præcedenter, confirmat.



ubique motas super quacumque contradictione dicti territorii separati quorumcumque Terrarum, Locorum, et Oppidorum hujusmodi, ac dictæ Congregationis Monasteriorum, et Grangiarum in illorum territoriis existentes, ac pendentes, et in posterum movendas, semper, et quodcumque extinguimus, et perpetuum silentium imponimus, simulque Grangias Monasteriis hujusmodi Congregationis annexas, et unitas, et ab illis dependentes, a quacumque quorumcumque Ordinariorum Visitatione perpetuo etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus eximimus, et liberamus, ac exemptas esse, et fore decernimus, ac declaramus,

Quacumque tollit aliter iudicandi facultatem.

§. 8. Decernentes easdem præsentibus litteras, et in eis contenta, quæcumque, etiam ex eo quod quilibet etiam cujusvis status, gradus, ordinis, præminentia, et dignitatis, aut alias etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni in præmissis forsitan jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas ipsæ præsentibus emanaverint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, alioque quolibet magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impuguari, infringi, retractari, in controversiam vocari, ad terminum juris reduci, seu adversus illas apertionis oris restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, concessio vel emanato quempiam in iudicio, et extra illud uti, seu se iurare ullo modo posse; sed ipsas præsentibus litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, et omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis,

et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicare, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus quavis hactenus notæ litis, litiumque ubique pendentiæ, aliisque præmissis, ac Nostris, et Cancellariæ Apostolicæ regulis de iure quæsito non tollendo, et Constitutionibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxiii. Aprilis MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno IV.

Derogat contrariis.

CCLXXVII.

Dat. die 23. Apr. 1762 Anno IV.

Confirmatio litterarum Bonifacii VIII., Gregorii XV., et Innocenti X. circa Judices Conservatores, cum declaratione, quod Superiores Regularium temporarii, nullo casu deligi in Judices conservatores possint, quodque in Infidelium Regionibus nullo modo expediantur eligendi Judices Conservatores.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei  
Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Cum omnium quidem Ecclesiarum, tum earum præsentium quæ in remotissimis regionibus sunt constitutæ, decet Apostolicam Sedem curam gerere. Fideles enim illic degentes, vel Ecclesiæ corpori recens inserti, vel undique Paganorum ritibus, et superstitionibus circumdati, nisi novarum plantarum instar foveantur, irrigentur, diligenterque custodiantur, periculum est ne paulatim arescant, in eisque fructum quem optat cælestis Paterfamilias, non adinveniat. Hinc Romani Pontifices prædecessores Nostri, quorum exemplum Nos quoque sequuti sumus, in easdem regiones seculares, et regulares Clericos bene multos qui in agro Dominico operarentur, mittendos curarunt. Sed infensissimus humani generis inimicus, qui inter frumentum zizania super seminare solet, discordiarum semina inter eorum aliquos spargere adeo consuevit, ut non raro sui muneris oblitus, ac Apostolicæ legationis immemores, pro eo quod gentibus, et populis sedentibus in tenebris, et regione umbræ mortis, fidei lucem ingerere, et ad vetitatis agnitionem

Summa sedulitate Romani Pontifices Missionibus prospexere ad Infidelium partes missas.

perducere curent, ipsi inter se levissimis de rebus maximas contentiones ineant, quod interdum eo usque protenditur, ut eodem temporis, ac loci vestigio, quo Evangelium salutis afferunt, et pacem Christianam annunciant, quam Christus discipulis suis velut unicum hæreditatem testamento reliquit, eas ipsi turbas excitant, ut qui eis adhærent pro partium studio, etiam ad arma concurrunt, ac manus inter se, non sine honorum omnium genitu conferant. Id vero eo acerbius ferimus, quo eorum dissidia, Catholicæ Fidei propagationi, summo esse impedimento propemodum videmus, atque in messe multa, veros Operarios adhuc paucos dolemus.

Recessentur  
populæ cau-  
sæ dissidiorum

§. 2. Dissidiorum causa ejusmodi est, quod dam ex Regularibus nonnulli in vindicandis privilegiis toti occupantur, interim opus ministerii sui in consumationem Sanctorum, et in edificationem Corporis Christi negligentes interdum, quod ore docent, ac oculis adstrunt, factis negare, ac manu destruere videantur,

In Missionibus  
Tunkini ab-  
usus inoleverant  
quoad Judices  
Conservatores

§. 3. Nuper siquidem non sine intimo cordis Nostri dolore accepimus, in Regno Tunkini in Indiis Orientalibus, Regulares nonnullos, qui eodem ad Christi Religionem propagandam missi sunt, sub obtentu conservandorum privilegiorum, quæ Regularibus eisdem ab Apostolica Sede concessa fuerunt, Conservatores Judices ut vocant, præter ordinem, et contra Apostolicarum Constitutionum spiritum, ac mentem tales sibi delegisse, quos nec ipsa instituti sui ratio pateretur, quique eo temeritatis pervenerunt, ut in Apostolicos Nostros Vicarios ibidem degentes, quorum auctoritatem, ut Religiosos viros docet, revereri debuissent, maximo cum Christiani nominis apud Ethnicos ipsos dedecore, gravique cum perturbatione illarum Ecclesiarum, excommunicationis, et suspensionis, et interdicti sententiam ferre non dubitaverint.

Ad tales reman-  
dandos abusos  
Sacre Congre-  
gationis Propa-  
gandæ Fidei  
provocatum  
fuit Judicium.

§. 4. De quibus omnibus cum a Vicario Apostolico ad Nos essent delatæ quærelæ, requiem non habuit caro Nostra, sed videntes tumultum in Domino Dei, in qua ne contentiones quidem Apostolus patitur, pro summi Pontificatus officio, duximus tanto malo validioribus remediis quantocius occurrendum. Ut vero cautius in re tanti momenti procederemus, Congregationem particularem nonnullorum S. R. E. Cardinalium, qui Negotiis Propagandæ Fidei præpositi sunt, ad rem totam exa-

minandam instituimus, qui quidem examen diligentes aggressi, primo Dubium illud = An potuerit eligi in Conservatorem Superior Regularis temporarius = pro rei gravitate minime censuere statim, ac protinus definiendum, sed reservato examine, ac decisione ejusmodi dubii, inter cætera pro re nata declararunt, inhærendo Constitutionibus Apostolicis, decretis alias æditis.

» 1. Quod deuegata Regularibus, vel dilata facultas excipiendi confessiones, sufficiens causa non fuerit eligendi sibi Conservatorem.

» 2. Quod proinde qui illum ea de causa elegerint Conservatorem, in excommunicationem inciderint ad formam *Cap. final. de off. et potest. Jud. De leg. in 6* speciatim confirmati in constit. Gregori XV, quæ incipit *Sanctis simus*.

» 3. Quod electus hujusmodi Conservator, sub pæna suspensionis a divinis, ipso facto iucurrenda, a Conservatoris nomine, et officio omnino abstinere se debeat, nullis, ac nullius valoris declaratis omnibus huc usque ab eo actis, et deinceps forsân agendis.

» 4. Demum quod graviter moeneantur Regulares omnes, ut imperium, remotis partium studiis, et proprii Ordinis comodis, ad animarum salutem unice invigilent, ne tandem Sedes Apostolica, tot Episcoporum quærelis fatigata, privilegia olim Regularibus concessa pro incremento Missionum, quæque nunc ad eorundem perniciem tendere cernuntur, revocare cogatur. Atque ad hunc effectum, nequis esse posset ignorantie locus, hujusmodi decretorum exemplar Superioribus Generalibus respective intimetur; ut eorundem observantiam, et executionem sollicitè curent.

§. 5. Quæ quidem omnia, quum esset a Nobis auctoritate Apostolica confirmata, hoc tamen temporis intervallo in regionibus adeo dissitis, discordiarum, ac scandalorum incendium nec extinguï, nec temperari potuit, imo multo etiam magis acutum, et dilatatum est, adeo ut graves quærimoniæ, ad Nos usque pervenerint, negata etiam fuisse, in summo vitæ discrimine sacramenta nonnullis eorum, qui Judicis Conservatoris iudicio, et censuris non obtemperassent. Quibus ex causis haud diutius differendam dubii huc usque suspensi decisionem rata dicta Congregatio, deductis hinc inde juribus,

Non obstante  
Sacre Congre-  
gationis de  
Propaganda  
fide iudicium,  
iisdem persi-  
stentibus abu-  
sibus, novum  
prodit præ-  
laudatæ Con-  
gregationis de-  
cretum

et re mature perpensa, ac præ oculis habitis Constitutionibus Apostolicis, tum et fere communi Juris Canonici peritorum consensu, ac præsertim resolutione Congregationis Episcoporum, et Regularium negociis præpositæ, quæ ab Archiepiscopo Turritano consulta = *An regulares unius Conventus, Monasterio, vel Domus aliquem Priorem, Guardianum, vel quemvis alium, quavis Regulari dignitate fulgentem, in suum Conservatorem eligere, vel deputare possint* = die 8. Oct. 1717 rescripit: *Non posse: his aliisque similibus Decretis inhærens die 8 Martii currentis Anni tandem in hanc modum propositam dubiam resolvit* » *Consulendum SSmo, ut dignetur declarare, Superiores regulares temporarios nullibi, et in nullo casu posse eligi in Conservatores; in partibus autem Infidelium expedire ut Conservatores omnino non eligantur* »

§. 6. Hoc Nobis relatum, exhibitumque Decretum jam satis agnovimus, quoad utramque partem Apostolicis Constitutionibus consentaneum, et congruum. Jamdudum enim prædecessores Nostri Bonifacius VIII. in Constitutione, quæ incipit *Statum*, Gregorius XV. in Constitutione, quæ incipit *SSmus in Christo Pater*, et Innocentius X. in Literis in forma Brevis, quæ incipiunt *Alias a Nobis* animadvertentes, Regulares, aliosque quibus ab Apostolica Sede generale, sive speciale privilegium concessum est, ut possint sibi Judices Conservatores eligere, sub hujusmodi privilegii prætextu, Episcoporum, aliorumque judicum Ordinarium, sive delegatam jurisdictionem perturbare, et electos Judices Conservatores suæ potestatis limites frequenter excedere; optimo sane consilio, dum privilegia ista sarta, tecta esse voverunt, certum tamen modum Judicum Conservatorum electioni, certosque fines eorundem potestati imposuerunt; pœnis etiam adversus transgressores constitutis.

§. 7. Horum igitur Summorum Pontificum prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, de consilio Congregationis particularis supramemoratæ nonnullorum S.R.E. Cardinalium, qui Negociis Propagandæ Fidei præpositi sunt, videlicet Ven. Fratris Nostri Josephi S.R.E. Cardinalis Spinelli Episcopi Ostiensis, et S. Collegii Decano, ac dilectorum filiorum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Stoppani, Galli, Antonelli, et Columnæ de Sciarra, motu proprio, et ex certa scientia, et matura No-

stra deliberatione, Nos in primis, constitutiones easdem Bonifacii VIII. et Gregorii XV. necnon Apostolicas literas in forma brevis Innocentii X. quarum tenorem hic pro inserto volumus, cum singulis declarationibus, in iisdem contentis innovamus, et confirmamus, ac easdem Constitutiones, et Apostolicas Literas, plenum robur, et firmitatem habere volumus, et mandamus.

§. 8. Præterea quod in iisdem constitutionibus cautum est, ut ii dumtaxat in Judices Conservatores eligi possint, qui dignitatem, aut personatum in Cathedrali, vel collegiata Ecclesia obtinent, Nos iisdem Constitutionibus inhærentes statuimus, et declaramus, non licere quibuscumque in locis, Regularibus cujuscumque Ordinis, Monasterii, vel Congregationis, mendicantibus, vel non mendicantibus, etiam Societatis Jesu, quantumvis exprimi, at speciatim nominari eos oporteat, cæterisque, quibus ab Apostolica sede concessum est, ut Judices Conservatores sibi deligere possint, vigore cujuscumque privilegii, cui, quatenus opus sit, expresse derogamus, Præpositos, Rectores Provinciales, Diffinitores, Custodes, Priores, Ræctores, Vicarios, Visitatores, aliosque quoscumque Superiores Regulares non perpetuos, sed temporarios proprii, vel ulterius Ordinis in Judices Conservatores eligere, quos hac in parte, et ad hunc effectum in Dignitate Ecclesiastica constitutos non esse, eorundem electionem, etiamsi fiat, servata in reliquis forma Constitutionis Gregorii XV. ipso jure irritam prorsus fore declaramus.

§. 9. Tantem inhærentes etiam decretis in Congregatione Generali de Propaganda fide coram S. M. Urbano VIII. habita die in. Febr. anni MDCXL, et prospectis etiam periculis, et scandalis, quæ ex electione Judicum Conservatorum, in partibus Infidelium plerumque in animarum perniciem, et publicæ tranquillitatis, atque Ecclesiasticæ pacis perturbationem, emergunt; juxta decretum præfatæ Congregationis, auctoritate Apostolica denunciamus, Regulares mendicantes, et non mendicantes, Monachos, et Clericos Regulares, cujuscumque Congregationis, et Ordinis, etiam Societatis Jesu, aliosque quamvis expresse, et speciatim nominare eos oporteat, privilegia sibi concessa eligendi Judices Conservatores, quousque in partibus Infidelium degunt, ac sacras missiones exercent, nullo modo expedire *utantur*; sed omnes et singulos in ostensionibus, et causis, quæ

Ne in Judices Conservatores eligantur Superiores temporanei, sed tantum personæ dignitatem vel personatum obtinentes

Semper certus modus, certique finis electioni, et potestati Judicum Conservatorum in Sancta Sede præscripti.

Pontifex approbat, et confirmat præcedentes Apostolicas constitutiones quoad Judices conservatores

Regularibus in missionibus degentibus in partibus infidelium, interdicitur Judicium Conservatorum electio.

ipsorum Ordinis, et privilegia tangunt, ut ab Ecclesia Ecclesiarum omnium matre, et Magistra, cui nihil antiquius est, quum cuique sua jura servare, rectum iudicium, et remedium præstentur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Decernentes præsentis nostras Literas, et in eis contenta quæcumque, licet Superiores quorumcumque ordinum etiam Generales, vel Priores itidem Generales, seu Missionum, aut Missionarii ipsi, vel ab eis deputati, aut alii quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere præiudicantes, ad hoc vocati, citati, vel auditii, sive causæ propter quas eadem præsentis emanarint, sufficienter adductæ, justificatæ, et verificatæ non fuerint, semper, et perpetuo validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus inviolabiliter observari; sicque et non alias pro quoscumque Iudices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, et etiam S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, et Vicarios Apostolicos, seu Visitatores, quibusvis facultatibus munitos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpetrandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiti debere; irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus Sixti V. favore Ordinum Mendicantium, et Pii V, ac Gregorii XIII. incipientibus *In Supereminenti* favore Clericorum Regularium Societatis Jesu extra Europam existentibus, ac quibusvis aliis Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinum, et Institutorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis, etiam Mare Magnum, vel alius quomodolibet nuncupatis, eisdem Ordinibus, et Institutis, eorumque Superioribus, et Prælatibus, ac personis etiam Missionariis in limine quoque, et actu primævæ illorum expeditionis, ac subinde, et successive, etiam per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores Nostros, ac Sedem Apostolicam prædictam, et per Nos pariter quomodolibet concessis, confirmatis, et iteratis vicibus approbatis, et innovatis; quibus omnibus, quæ præsentibus quomodolibet obstare possunt, etiam de illis, eorumque totis tenori-

bus, specifica, et expressa, ac individua, nec non de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorumque tenores pro plene, et sufficienter præsentibus expressis, et totaliter insertis habentes, illis aliter in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, amplissime, et plenissime, nec non opportune, et valide derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Ut autem præsentis Nostræ literæ ad omnium notitiam deducantur, neque aliquis eorum ignorantiam prætere, aut contra eas se excusare valeat, volumus, et mandamus, eorum exemplar Superioribus Generalibus Ordinum, Congregationum, et Institutorum prædictorum, seu illorum Procuratoribus Generalibus in Urbe existentibus e quibus Missionarii quicumque extiterint, a dicta Congregatione de Propaganda Fide tradi debere. Quodque post traditionem hujusmodi omnes, et illos quos concernunt, et concernent in futurum perinde arceant, et afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent.

Forma statuitur, ut immo-diate executioni præsentis literæ ponatur

§. 13. Volumus etiam, quod eorumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii Publici suscriptis, et sigillo dicti filii Moderni, et pro tempore existentis dictæ Congregationis a Secretis munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra ubique Gentium, et locorum adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberentur, si originaliter exhibitæ forent, et obstensæ.

Transumptorum fides.

§. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ confirmationis, Mandati, Statuti, declarationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumserit, Omnipotentis Dei, et Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli indignationem se sciat incursum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Nono Kalendas Maii, Pontificatus Nostri Anno IV.

Sanctio penalis.

Dat. die 5. Maii  
1762 Anno IV.

## CCLXXVIII.

Cum Maronitarum Patriarcha quæritur, quod intrusum Melchitarum Patriarcham perhonorifice exceperit, eique significationes omnes detulerit quæ veris Patriarchis deferri solent, præcipitque ut eum a sua consuetudine arceat tamquam censuris alligatum.

*Melchitarum Patriarchæ electionem ab Antistitibus dissidentibus factam irritavit Pontifex hic Constit. diei 1. Augusti 1760 relata hoc Tom. II. sub. Num. CLVII. pag. 5. Patriarchalis Ecclesia Melchitarum provisæ fuit ex dispositione libera Apostolicæ Sedis per Constit. alteram ejusdem diei relata. loco cit. sub. Num. CLVIII. pag. 7.*

## Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem.

Memoriam re-  
vocatur dis-  
sentiones, et  
controversiæ  
oborta super  
electione Pa-  
triarchæ Mel-  
chitarum.

§. 1. Non latet Fraternitatem tuam, quæ dissentiones, et controversiæ inter Græcos Melchitas, magno cum detrimento Catholicæ Religionis, extiterint ex eo tempore, quo Patriarcha Cyrillus Patriarchatu cessit, ita tamen sibi, ut Fratris Filius ex conducto, ac necessario sufficeretur. Ea res, in qua nulla Sacrorum Canonum, nulla Ecclesiasticæ disciplinæ, sed unius carnis, et sanguinis ratio habita est, uti plane indigna, atque exhibitibilis Catholicis quibusque isthic degentibus visa est, ita profecto tuæ pietatis studium accendere, atque excitare debuit, ut te quasi murum opponeres pro domo Dei Israel, et Sanctuarii majestatem sartam, tectamque servares: sed cum ex literis demortui Patriarchæ Maximi, et illius Nationis Episcoporum, et præsertim Delegati Nostri Apostolici cognovimus, Fraternitatem tuam, Monachum intrusum Ignatium Joar, qui ab eodem Apostolico Delegato, ex præscripto Brevium Pontificiorum excommunicatus, suspensusque fuerat, perhonorifice exceperit, eique omnes illos obsequii significationes detulisse, quæ veris legitimisque Patriarchis deferri solent; dici vix potest quam grave id Nobis, molestum, ac nullo modo ferendum esse videatur.

Dolet quod cum intruso Melchitarum Patriarcha perhonorifice exceperit, et jubet ut

§. 2. Dolemus enim Venerabilis Frater, intinisque sensibus angimur, te, a quo minime erat expectandum, in tantum errorem incidisse, quo Princi-

*Bull. Rom. Tom. II.*

pes Drusi abstinerunt, qui profecto Apostolicam Sedem magis reveriti sunt, quam tu ipse tot, tantisque beneficiis obstrictus ac Palii ornamentis condecoratus. Non defuerunt, qui dicerent, Nostras partes esse in Fraternitatem tuam gravius aliquid statuere: ferendum tamen duximus quod speramus fore, ut in viam redeas, unde levitatis errore deflexisti. Te igitur hortamur, monemus, atque etiam Apostolica auctoritate qua fungimur tibi plane mandamus, ut intrusum Monachum a tua consuetudine arceas tamquam hominem censuris alligatum, dirisque omnibus devotum; idque facias, quoad ille errorem suum pœnitendo correxerit, dignusque existimari possit, qui benigne recipiatur in Ecclesiæ sinum, quæ non mortem, sed salutem, et vitam exoptat peccatoris sempiternam. Præterea Apostolica Nostra auctoritate, Breve illud Benedicti XIV. felicitis recordationis, quo Fraternitati tuæ mandatur, ut in Græcorum Melchitarum negocia ne te immisceas confirmamus omnino, ac executioni mandandum jubemus. Sic enim existimare debes: Onus illud Episcopale, quod tibi impositum est, pasceendi partem istam Dominici Gregis, satis esse debere, quin te ipse in alienum Ovilem intrudas, atque inferas: ac Fraternitati tuæ, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Centumcellis Viterbien Diocesis etc. die 5 Maii MDCCLXII Pontificatus Nostri anno quarto.

ab intrusi consuetudine se abstineat quoad ille errorem suum pœnitendo correxerit



Die die 12. Maii  
1762. Ann. IV.

CCLXXIX.

Excusatione accepta pro translatione arbitraria jejunii, et pervigilio S. Matthiæ ad alteram diem facta ab Episcopo Toletano, eundem obsecrat ut conjunctim cum Apostolica Sede in concredita sibi Ecclesia gubernanda se gerat turbidissimis præsertim temporibus.

*Pontificis hujus quærimoniae Toletano Archiepiscopo factæ pro arbitraria jejunii translatione, Apostolica Sede inconsulta, habentur in Literis relatis hujus Continuationis Tom. II. sub. Num. CCLXIX. pag. 226.*

Dilecto Filio Nostro Aloysio S. R. E. Cardinali de Corduba Archiepiscopo Toletano

Clemens PP. XIII.

Dilicte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **P**erlibenter legimus literas tuas pridie Kal. Aprilis ad Nos datas, quibus de lege jejunii a pervigilio Sancti Matthiæ in alterum diem translatis, te Nobis diligenter purgare voluisti. Etsi vero quidquid de sanctissimis majorum institutis, et veteri Ecclesiæ disciplina immutatur, Romano Pontifice inconsulto, Romano ipsi Pontifici gratiam, ratumque esse minime possit, fecerunt tamen eadem tuæ literæ, ut si quid Nobis eam ob rem, aut suspicionis, aut offensusunculæ insederit, id statim depositum esset ac stirpitus evulsum ex omni memoria, vitæque Nostra. In iis enim omni ex parte elucebat Hispana, hoc est egregia, et singularis erga Nos, atque Apostolicam Sedem observantia, et fides: præsertim cum de concepta ægritudine Nostra, te vehementer sollicitum esse, ac præcipuo quodam dolore angi significaveris. Neque Nos quidem vicem non rependimus, teque dilecte Fili Noster paterna benevolentia, atque intimo amoris, et charitatis Nostræ sinu complectimur, arctiusque etiam, quam antea, devinctum tenemus: nam pro tua eximia prudentia optime intelligis, quanti intersit ad bene feliciterque gubernandam Ecclesiam, his præsertim turbolentissi-

mis temporibus, quacumque in re, communis eorum consensu, et conspiratio, qui Nobiscum sedent ad puppim. Itaque sic existimare debes, te Nobis esse carissimum, idque ut omnes homines intelligant; Nos, si occasio ferat, operam, et studium libentissime posituros: atque hujus Nostræ erga te benevolentia obsidem, damus Apostolicam Benedictionem, quam tibi, Dilectè Filii Noster peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die XII Maii MDCCLXII Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCLXXX.

Die die 15. Maii  
1762. Ann. IV.

Ut eveniente obitu Cardinalis de Hutten Episcopi Spirensis, etiam apud Sedem Apostolicam, novus Episcopus eligatur juxta concordatum Germaniæ a Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Spirensis indulgetur.

Dilectis Filiis Decano, et Capitulo Ecclesiæ Spirensis

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. **C**um sicut dilectus filius Noster Franciscus Christophorus S. R. E. Presbyter Cardinalis de Hutten in Holtzemberg nuncupatus Ecclesiæ Spirensis ex concessione, et dispensatione Apostolica Præsul Nobis exposuit, electio personæ idoneæ, quæ dictæ Ecclesiæ Spirensi, pro tempore Pastoris solatio destituta reperiatur, in Episcopum a Romano Pontifice pro tempore existente ad electionem hujusmodi præficiatur, ad vos juxta concordata dudum inter Sedem Apostolicam, et inclytam Nationem Germanicam inita, vel privilegia Apostolica, aut alias legitime spectet, dictus vero Franciscus Christophorus Cardinalis, et Præsul, ut eveniente casu, quo ejus persona Ecclesiam prædictam vacare dictæ Sedis dispositioni reservatam, seu affectam esse contigerit, jus eligendi vobis salvum, et illæsum remaneat opportune vobis, a Nobis provideri, et ut infra indulgeri summopere desideret.

§. 2. Nos ipsius Francisci Christophori Cardinalis, et Præsulis votis hac

Esponitur vacante Ecclesia Spirensi, Decano, et Capitulo ejusdem Ecclesiæ pertinere in vi Episcopi presentationi.

Privilegium  
prædictæ præ-  
sentationis  
confirmatur et  
si casus conti-  
gerit vacatio-  
nis per obitum  
moderati Epi-  
scopi apud  
S. Sedem.

in re favorabiliter annuere, ac specialem vobis gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejusdem Francisci Christophori Cardinalis, et Præsulis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vobis, ut si contingat memoratum Franciscum Christophorum Cardinalem, et Præsulem etiam apud Sedem Apostolicam prædictam obire; licet prædicta Ecclesia Spirensis per obitum hujusmodi ex quovis capite etiam specialiter nota, et expressione digno, ejusdem Sedis Apostolicæ dispositioni generaliter, vel specialiter reservata, aut quovis modo affecta tunc reperiretur; nihilominus personæ idoneæ electio in locum dicti Francisci Christophori Cardinalis, et Præsulis eidem Ecclesiæ Spirensis in Episcopum a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente ad electionem hujusmodi præficiendæ ad vos juxta concordata, vel privilegia Apostolica prædicta omnino spectet, et pertineat in omnibus, et per omnia, perinde ac si ipsa Ecclesia Spirensis dictæ Sedis dispositioni nullatenus reservata, vel affecta esset, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes, easdem præsentibus literas semper firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac vobis plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales etiam de Latere Legatos, et dictæ Sedis Nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiendum debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, vel edendis, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsens gratia non transeat in exemplum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Maij  
*Bull. Rom. Tom. II.*

MDCCLXII, Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCLXXXI.

Dat die 29. Maii  
1762 Ann. IV.

Statuta de novo condita a Superioribus Congregationis Hospitaliariorum Divini Pastoris in Regnis Hispaniæ, et Portugalliæ pro recta administratione Hospitalis Cadicensis, nec non Decretum Episcopi ejusdem Civitatis illa approbantia, confirmantur.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Modernorum Superiorum Congregationis sub invocatione Hospitaliariorum Divini Pastoris in Civitate Cadicensi canonice, ut asseritur, erectæ, Nobis expositum fuit, quod alias nempe Anno MDCCXXX. tunc existentes Superiores Generales Congregationis sub titulo Hospitaliariorum Divini Pastoris hujusmodi in Hispaniarum, et Portugalliæ Regnis canonice, ut etiam asseritur, institutæ, confirmationem Statutorum ejusdem Congregationis ab Apostolica hac Sancta Sede sibi concedi obtinuerunt, et sicuti in dictis Statutis tunc minime explicatum fuit, quod in quacumque domo regulari ipsius Congregationis duo Archiva erigi deberent, unum scilicet pro asservandis scripturis, et instrumentis confectis, et conficiendis ad Congregationem spectantibus, et pertinentibus, alterum vero pro deponendis pecuniis ex annuis redditibus, et proventibus honorum ad Congregationem spectantium, et elemosynis provenientibus, et utrumque ex dictis Archiviis tres haberet claves per tres diversos uniuscujusque Domus confratres custodiendas, quodque iusuper in quolibet ex dictis Archiviis duo essent libri, in quorum uno redditus, et proventus, in altero expensæ de die in diem faciendæ describantur, illasque Superior obedientiæ nuncupatus subscribere teneatur, ad effectum, ut singulis annis de receptis, et expensis rationem reddere possit, dicti exponentes pro felici, prosperoque dictæ suæ Congregationis regimine, et gubernio, ac administratione, dicta nova statuta aliis jam conditis, et approbatis sta-

Exponitur, vetera hujus Congregationis statuta a S. Sede fuisse approbata, sed nonnulla adhuc desiderari pro meliori Hospitalis regimine.

Clausula sub-  
blata, et deore-  
tum irritans.

Derogatio con-  
trariorum.

\* Tenor postulationis Episcopi Cadicensis pro novorum Statutorum approbatione purgata.

tutis addere cupientes, Venerabili Fratri Thomæ moderno Episcopo Cadicensi pro illorum approbatione supplicem libellum porrexerunt, ac dictus Thomas Episcopus perpensis dictis novis statutis per exponentes prædictos conditiis suum decretum confirmatorium edidit tenoris sequentis videlicet = Illm̃e, et Rm̃e Domine, Domine = Sebastianus e Sancto Joanne de Deo, Ortuzar, et Cornexo, Procurator Generalis meæ Religiosæ Congregationis Divini Pastoris animarum nostrarum horum Regnorum Hispaniarum, et Portugalliæ, Capitalium Romæ, et Marti, Superior Obedienciæ, ad præsens in hac Sacra Domo nostra, et Hospitio Sancti Joannis de Letran hujus Villæ de Vegel vulgo della Frontera Diocesis Cadicensis; Dominus Petrus Franciscus Espinosa Presbyter Cappellanus, et in ea Rector, sicuti etiam Fratres, Franciscus de Sancto Ignatio Fundator, Emmanuel a Sancto Josepho, Franciscus a Sancto Matthæo, Joannes a Sancto Antonio, Vincentius a Sancto Bernardino, et Franciscus a Sanctissimo Sacramento, qui modo sunt, et deinceps fuerint, unanimes, et nemine discrepante, et ad pedes Illm̃æ Dñis Vestræ cum omni profunda humilitate provoluti dicunt: Quod cum ipsi magna penuria laboraverint in augmento nostri sacri Instituti, et hoc in profectu spirituali, et corporali Pauperum Infirmorum, quod est objectum principale, et ad hunc finem multæ utiles providentiæ assumptæ fuerunt, quarum, et inter eas una est, quod in qualibet domo nostrorum Hospitalium sacri nostri Instituti constituenta sint duo Archivia unum ad scripturas pertinentes ad Domum Hospitalitatis, et alterum trium clavium ad depositandum capitalia, tam ea, quæ ex redditibus sunt, quam ea, quæ ex cleemosynis acquiruntur, et Fratres nostri in mendicando summo labore a Fidelibus accipiunt; et consequenter nominentur tres Fratres Clavarij, qui ipsi teneant claves, et unam illarum, superior obedienciæ. Simulque sint duo libri ( qui de Cassa dicuntur ) et in uno scribantur introitus denariorum, et in alio exitus expensarum tam pro infirmis, et Cultu Divino, quam pro aliis necessitatibus, in quibus supradicti Clavarij, et Superior Obedienciæ ad calcem uniuscujusque computorum debeant subscribi, tam

in acceptis, quam in his, quæ expendi debeant, atque ex his omnibus, ipse Superior Obedienciæ reddat computum suæ distributionis ipsis Clavariis, et Communitati in omni anno, quumque ab ipsa Communitate approbata fuerit, præfati Clavarij reddant rationem in Visitatione ipsi Visitatori, qui a Domin. Vestra Illma sive a suis Successoribus missus fuerit; ita tamen, ut modo supradicto, nequaquam aliquid defraudari possit, neque expendi. Hoc modo, Illustrissime Domine, experimentum tenemus in dies augeri bona, non solum spiritualia, sed etiam temporalia cum omnimoda pace, et sine gravamine ipsius conscientiæ. quumque hæc Sacra Domus, et ipsa Communitas tamquam valde utile, sicut et maxime conveniens hoc habeat præ oculis ad majus, et æconomicum regimen, et quod ita debeant gubernari, ista, et aliæ Domus nostri sacri instituti, et in particulari hæc nostra Domus, quæ aliis inferior est, eo quod redditus ejusdem sint ita exigui, ut non valeant ad ea, quæ Ecclesiæ necessaria sunt, neque ad ejus ornatum. Igitur ad hoc ut decentius ornaretur, necessarium habuimus, ut supranominatus Presbyter Cappellanus Dominus Petrus Espinosa de suo introitu suppleret plus quam novem millia regalium, quorum creditor manet, sicut constat ex computis factis in præterita Visitatione anni 1759. qui non potuerunt satisfacere propter tenuem introitum: Veruntamen cum ipsa Religiosa nostra Congregatio, seu communitas, quæ in præsentem existit, et deinceps fuerit, obligetur ad executionem, et perceptionem reddituum, ad solvendum onera, et pensiones, quas annualiter habet, sicut ita in aliis Domibus nostris, et Hospitalibus exercetur; et hoc facillimum inveniatur in dicta nostra Congregatione, eo quod privilegiis Pontificiis, et Regiis gaudeat, ad hoc ut possit in toto orbe Christiano eleemosynas accipere, cum talibus eleemosynis omnia reparantur. = Ideo Illustrissimæ, et Rmæ Dominationi Vostræ petimus, et supplicamus, snum decretum in omni forma dignetur scribere, ut statuatur, duo Archivia supra relata, sicut in hoc memoriali exprimitur, et supplicamus. Obligando, sicut nos obligamus totam Communitatem, et Congregationem, quæ



„ in præsentī est , et deinceps fuerit , ad  
 „ percipiendum omnes redditus , et ad  
 „ exactionem omnium , quæ compe-  
 „ tunt supradictæ Ecclesiæ , et Hospi-  
 „ tali , et pensiones Missarum sicut ex  
 „ alia , quæ ipsi Ecclesiæ , et Hospi-  
 „ tali correspondent : reparare fabricam ,  
 „ et ornare ipsam sicut debitum est :  
 „ insuper reddere rationem in visitatio-  
 „ ne , quæ a Vestra Dominatione Illma  
 „ et Rma , sive a suis successoribus  
 „ missa fuerit , sicut placuerit , et  
 „ commode inveniatur ; Et istiusmodi  
 „ Domus hæc Sacra , et Hospitalis au-  
 „ geatur , et cultus ; atque in ipsis pre-  
 „ ces fundendo Divino Pastori , et Pa-  
 „ tri nostro , ut Illustrissimam , et Rmam  
 „ Dominationem Vestram repleat om-  
 „ ni felicitate , et prosperitate tam spi-  
 „ rituali , quam temporali , conservan-  
 „ do ipsam suam Dignissimam Perso-  
 „ nam in majori culmine Dignitatis ,  
 „ ad majorem utilitatem pauperum suæ  
 „ Diœcesis , atque post annos multos in  
 „ æterna beatitudine ab ipso colloca-  
 „ tur . Supplicantes enixe , ut ad ma-  
 „ jorem expressionem , et gratiæ suæ  
 „ benevolentiam , detur Nobis possessio  
 „ in forma plenaria = Sebastianus a  
 „ Sancto Joanne de Deo Ortuzar , et  
 „ Cornexo Procurator Generalis = Do-  
 „ minus Petrus Franciscus Espinosa Re-  
 „ ctor = Franciscus a Sancto Ignatio =  
 „ Emmanuel a Sancto Josepho = Fran-  
 „ ciscus a Sancto Matthæo = Joannes  
 „ a Sancto Antonio = Vincentius a San-  
 „ cto Bernardino = Et Franciscus a San-  
 „ ctissimo Sacramento = Est sigillatum .  
 „ = Decretum Illustrissimi Episcopi =  
 „ Portus Regalis , et die 19. Mensis  
 „ Mai. 1760 = Cum attente ad omnia  
 „ a supplicante exposita in hoc me-  
 „ moriali animum inclinemus , tum per  
 „ semetipsum , et nomine suæ Religio-  
 „ sœ Congregationis Divini Pastoris  
 „ sitæ in Domo , et Hospitali Sancti  
 „ Joannis Lateranensis in Villa vulgo  
 „ Vogel nostræ Jurisdictionis , et Pro-  
 „ jectum , quod statuerunt , dirigatur  
 „ non solum ad Divinum cultum , et  
 „ conservationem illius Ecclesiæ , ve-  
 „ rum etiam ad spirituale , et tempo-  
 „ rale solatium Pauperum Infirmorum ,  
 „ illico , et sine mora illis libenter li-  
 „ centiam concedimus sicut postulave-  
 „ runt ad stabilienda duo Archivia ,  
 „ et ad omnia alia , quæ ab ipsis re-  
 „ feruntur , et juxta circumstantias re-  
 „ latus in hoc ipso memoriali , absque  
 „ præjudicio Nostræ Ordinariæ Juris-  
 „ dictionis ; Cum omnibus lineis et sta-  
 „ tu ad inspectionem , et cognitionem ,

Tenor Decreti Episcopi  
 Cadicensis .

„ quam observare debemus in Nostris  
 „ Pastoralibus Visitationibus , dum per  
 „ Nos , sive per Successores Nostros  
 „ determinatæ , et actæ fuerint in di-  
 „ cta Villa Vogel = Frater Thomas  
 „ Episcopus Cadicensis =

§. 2. Cum autem sicut eadem ex-  
 positio subjungebat , dicti exponentes  
 præmissa omnia , quo firmiter subsi-  
 stant , et servantur exactius , Aposto-  
 licæ confirmationis Nostræ patrocinio  
 communiri summopere desiderent . Nos  
 ipsos exponentes specialibus gratiis , et  
 favoribus prosequi volentes , et eorum  
 singulares personas a quibusvis excom-  
 municationis et interdicti , aliisque Ec-  
 clesiasticis censuris , sententiis , et pœ-  
 nis quovis modo , et quacumque de  
 causa latis , si quas forte incurrerunt , hu-  
 jus tantum rei gratia absolventes , et ab-  
 solutos fore censentes , supplicationibus  
 eorum nomine Nobis humiliter porrectis  
 inclinati , præinserta nova statuta a dictis  
 exponentibus pro ipsa Congregatione Ca-  
 dicensi condita , et decretum a memorato  
 Thoma Episcopo super illorum appro-  
 batione , et confirmatione , ut præfer-  
 tur , editum , auctoritate Apostolica te-  
 nore præsentium approbamus , et confir-  
 mamus , illisque inviolabilis Aposto-  
 licæ firmitatis robur adjicimus , omnes-  
 que , et singulos juris , et facti defectus ,  
 si qui desuper intervenerint supplemus ,  
 et sanamus .

Supra rela-  
 tum decretum  
 nova statuta  
 approbans ,  
 Apostolica au-  
 ctoritate con-  
 firmatur .

§. 3. Decernentes easdem præsen-  
 tes Literas semper firmas , validas , et  
 efficaces existere , et fore , suosque plen-  
 narios , et integros effectus sortiri , et  
 obtinere , ac illis , ad quos spectat , et  
 pro tempore quodcumque spectabit  
 plenissime suffragari , et ab eis respec-  
 tive inviolabiliter observari ; sicque in  
 præmissis per quoscumque Judices Or-  
 dinarios , et Delegatos etiam causarum  
 Palatii Apostolici Auditores judicari , et  
 definiri debere , ac irritum , et inane ,  
 si secus super his a quocumque , quavis  
 auctoritate , scienter , vel ignoranter con-  
 tingerit attentari .

Clausula subla-  
 ta , et decretum  
 irritans .

§. 4. Non obstantibus præmissis ac  
 Constitutionibus , et Ordinationibus Apo-  
 stolicis , ac dictæ Congregationis etiam ju-  
 ramento , confirmatione Apostolica , vel  
 quavis firmitate alia roboratis statutis ,  
 et consuetudinibus ; privilegiis quoque ,  
 indultis , et Literis Apostolicis superio-  
 ribus , et personis sub quibuscumque te-  
 noribus , et formis , ac cum quibusvis  
 etiam derogatoriis derogatoriis , aliis-  
 que efficacioribus efficacissimis , ac iu-  
 solitis clausulis , irritantibus , et aliis  
 decretis in genere , vel in specie , ac

Derogatio con-  
 trariorum .

aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plebe, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIX. Maii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat. die 5 Junii  
1760 Ann. IV.

## CCLXXXII.

Bibliothecariis Civitatis Valentiniæ, quoties ad hoc munus eligantur ab Episcopo Beneficiati illius Ecclesiæ, ultra exemptionem a Choro jam alias indultam, facultatem facit percipiendi distributiones quotidianas, iis tantum exceptis quas Testatores veris præsentibus tribuendas jusserunt.

*Privilegium exemptionis a Choro cum libera fructuum perceptione, Beneficiatis Ecclesiæ Valentiniæ ad Bibliothecarii munus evectis in ea Civitate, indultum Pontifex hic Constit. die 12 Martii 1760 relata hujus Continuat. Tom. I. Num. CXXIV. pag. 298.*

Venerabili Fratri  
Andræ Archiepiscopo Valentino

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater  
salutem, et Apostolicam benedictionem.

Exponitur  
tenor præce-  
dentis concessio-  
nis.

§. 1. Alias per similes Nostras in forma Brevis literas sub datum 12 Martii Anni 1760 nonnulla tibi indulsimus in gratiam publicæ Bibliothecæ in isthac Valentina Urbe, studio, ac liberalitate tua institutæ, atque inter cætera, duobus Bibliothecariis ex Collegio Beneficiatorum istius Cathedralis a te assumendis, quo tempore in eadem Bibliotheca studiorum commodis vacarent, exemptionem a servitute Chori concessimus, ita ut fructus præbendæ, si quam haberent, aut Beneficii, ac si Choro interessent, percipere possent, exceptis tamen quotidianis distributionibus, quas vere præsentibus, atque inservientibus, ut accrescerent, reliquimus, quemadmodum in iisdem literis

fusius continetur quarum tenor est videlicet = (omittitur tenor Literarum quæ sunt Tom. I. N. CXXIV. pag. 298) = Deinde vero ex aliis literis Fraternitatis Turæ XIII. Kalendas Februarii præsentis anni ad Nos datis cum intellexerimus, Beneficiorum fructus Cathedralis istius Ecclesiæ ferme omnes ex quotidianis distributionibus existere, nihilque propemodum commodi ad Beneficiatos illos Bibliothecæ addictos pervenire, si ex excipiantur, quemadmodum revera in præfatis Nostris literis erant exceptæ, eaque propter enixæ a Nobis postulaveris, ut iisdem Beneficiatis etiam quotidianis distributionibus frui liceret.

§. 2. Hinc Nos qui Fraternitatem tuam paterna vere charitate complectimur, ob eximiam vigilantiam, qua Urbis istius decus, bonarum artium incrementum, præcipue vero pauperum commoda promovere satagit, hac etiam in re votis tuis obsecundare cupientes, ut duo illi Beneficiati Bibliothecæ custodiæ a te designandi, quo tempore huic muneri incumbunt, Beneficii fructus, atque etiam omnes distributiones quotidianas, dummodo ex iis non sint, quas in ultimis suis tabulis, Testatores vere præsentibus jusserint dispersiri, libere, et licite lucrari valeant, Apostolica auctoritate concedimus, et indulgemus, firmasque præterea, validas, et efficaces prædictas Nostras literas in cæteris omnibus esse volumus, atque jubemus: ac tibi, Venerabilis Frater, benevolentiam Nostræ pignus, Apostolicam Benedictionem peramanter largimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die III. Junii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Facultas percipiendi distributiones quotidianas Bibliothecariis istis indulgetur, exceptis iis, quæ ex testatorum jussu a vere præsentibus percipiendæ forent.

Dal die 9 Junii  
1762 Anno 1V.

CCLXXXIII.

De Ecclesiæ injuriis illatis graviter conqueritur, ac potissimum de contumeliis contra Societatem Jesu cum Episcopis Regni Galliarum in extraordinariis comitiis congregatis, illosque hortatur ut ad tam gravia mala evitanda, Regiam opem implorent.

*Hac eadem die Clemens XIII. Literas in forma Brevis direxit Ludovico Christianissimo Francorum Regi de Ecclesiæ rebus valde turbatis, et ut Societatem Jesu in suo patrocinio habeat pro bono quod constantissime Religionis attulit, commendat. Alias pariter Epistolas die 22 hujus mensis perscripsit Pontifex Episcopo Valentino; in quibus zelum quo fervet pro Catholica Religione laudat, eumque hortatur ut Societati Jesu pro viribus fauveat, a qua tot Religionis ipsi utilitates promanarunt. Binas hasce Literas referunt rerum Ecclesiasticarum Scriptores illius temporis, quas consulere ad opportunitatem poterunt, qui eas cognoscere cupiunt, quum earum Authographa invenire Nobis datum non fuerit in Vaticanis Archivis, temporum fortasse injuria vel deperdita, vel commixta. Quæ si deinceps ex novis adhibendis diligendis adinvenire datum sit, ea in Supplemento collocabimus post finem hujus Pontificatus.*

Venerabilibus Fratribus  
Archiepiscopis et Episcopis  
Regni Galliarum in extraordinariis  
Comitiis Cleri Gallicani congregatis.

Clemens PP. XIII.

Venerabiles Fratres  
salutem, et Apostolicam benedictionem

De Ecclesiæ  
malis suis  
moerorem  
exprimit, et  
Episcopos  
hortatur,  
ut fortiter  
resistant, et  
orationibus,  
ipsis  
malis finem  
implorent.

§. 1. Quanto in dolore simus ex eo Catholice Ecclesiæ statu, qui nunc est, nulli putamus esse facilius, quam vobis Ven. Fratres existimare, quos pro vestra in Deum pietate, religione, divinique cultus conservandi studio, ex iis, quæ Nobis, et Apostolicæ Sedi sunt cum Episcopatu vestro communes injuriæ, acerbissimo animi sensu jamdiu esse tactos oportet. Sed quoniam tandem hæc gliscentium in Ecclesia malorum evasura sit moles, id vero tristissimum moerorem affert, et gravissimum metum. Equidem divina pri-

imum ope, deinde tum virtute, et constantia vestra freti, tum Christianissimi Regis pietate, tuendæque Religionis summo studio confisi, bonum esse putavimus salutare Dei præstolari cum silentio. Sed cum omnes os suum aperuerint super Nos inimici, et apud vos imminuta Ecclesiæ majestate, ejusque proculcata protritaque potestate, divina super ejus caput propemodum inundaverint aquæ, ne patiamur amplius, ea, quæ in hominum est præsidio falsa spe duci; Sed in Deo tantum fidentes, qui vel mortuos suscitatur, oremus in spiritu, et in ipso vigilemus in omni instantia, et obsecratione, iuduti armaturam Dei, in qua possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere, quæ nunc acerrime ardere, ex ipso præsertim malorum aspectu facile cognoscitis.

§. 2. Videtis enim Venerabiles Fratres, duriore nimio apud vos esse conditione, qui bene de Catholica Ecclesia sentiunt, quam qui cum illa a multo tempore horrificum, et nefarium bellum gerunt. Videtis Fidei defensoribus ita os premi, ut pro tuendis Apostolicis Constitutionibus, et Ecclesiæ universæ decretis, ne hiscere iis quidem liceat. Novatores tamen silere non videtis; sed dogmatica prædecessorum Nostrorum decreta, prout cuique libido est, impune scriptis, et voce impugnare, pluraque conari, quibus Ecclesiæ auctoritatem infringant. Sacros Ministros, qui non aliter, quam ad præscriptas ab Ecclesia regulas Sancta Mysteria dispensant, divexari, in publica viacula conijci, in exilium pelli, ignominia notari. Quid quod Sacrarum rerum disciplina vobis pene prærepta, Juventuti erudiendæ Magistri, vobis vel inconsultis, vel insciis magno cum Orthodoxæ Fidei periculo præficiuntur?

§. 3. Quod autem, et Reipublicæ incommodum, et Populi fidelis rationibus adversum, et Sanctæ huic Sedi, Vobisque maxime injuriosum est, Societatem Jesu, unde acerrimi Catholicæ Fidei propugnatores nullo non tempore prodierunt, jam pridem positum veluti signum, cui contradiceret, nunc tandem factione et potentia isthæ oppressam et dissipatam: ejus Institutum ab Ecclesia Catholica in Tridentina Synodo comprobatum, tot Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum laudibus cumulatam, et beneficiis, Christianissimorum, piissimorumque Regum tutela, præsidio, et benevolentia usque munitum; vestroque etiam, qui plurimas ab eo in Diocesisibus quisque vestris

Quanta sit  
novatorum  
audacia ad  
Ecclesiæ  
auctoritatem  
infringendam.

De oppressionibus, et  
persecutionibus  
quibus Societas  
Jesu afficitur.

utilitates capere profiteremini, non tam grati animi officio, quam incorrupto præconio collaudatum, nunc frigidis, jejunisque calumniis oneratum, et obrutum, quasi hærentem Ecclesiæ labem, et maculam contumeliose appellatum, et in oculis populi, Carnificis manu igni publice traditum, cum summo dedecore, et probro. Illud autem plane absurdum, vota, de quorum validitate solius est Ecclesiæ judicare, a Laicis declaratum nihil valere. Nonnulli interea his quidem turbis minime impliciti, qui jam circa Fidem naufragaverunt, omnisque sunt Religionis expertes, harum ecclesiasticam inter, et secularem potestatem acerbissimarum concertationum aspectu, oculos pascere, et gaudio triumphare; Ecclesiæque Catholicæ rebus apud vos ita ruentibus in spem erectos esse omnis Christianæ disciplinæ defendendæ: Fidelibus, et Ecclesiæ dicto audientibus hominibus illudere; eosque petulantibus dictis, probrosisque libellis lacessere. Quæ quidem mala ad Religionem radicibus convellendam coacta, Dei Misericordiam, qui florentissimum Galliæ Regnum propitius semper respexit, pleno timoris animo, et impensissimis precibus, oramus, et obtestamur, ut isthinc ad sui nominis hostes avertat.

In tanta Ecclesiæ erumna Episcopus obsecrat, ut iis convenientibus in extraordinario Cleri conventu sollicitudinem expendant ad tot mala eliminanda.

§. 4. Sed quorsum hæc apud vos, Ven. Fratres, deplorabundi persequimur? Nimirum ut Fraternitatum vestrarum excitemus virtutem, confirmemusque constantiam. Profecto idem a vobis in Ecclesiam studium, eandemque summam, qua fuistis adhuc, voluntatem nunc maxime hæc tempora efflagitant; invictumque illud, Dei virtute, cum Episcopalibus Mysteriis initiati estis, vobis indictum robur e vestris animis elicitis oportet, ut possitis in die malo resistere. Sed illud vellemus maxime, ut oblata occasione, quum Lutetiam ad Cleri conventum pro temporalibus vestrarum Ecclesiarum rebus convenistis, cum eritis congressi, Nostras, vestrasque sollicitudines, et quid consilii capiendum ad prope labentem in isto Regno Ecclesiæ potestatem constabiliendam, inter vos conferatis: et si opus sit adeatis Catholicæ Ecclesiæ studiosissimum Regem cum gravissima conquestione: Ecclesiam, quæ Corpus est Christi, inimicorum telis crudeliter pati: sacros illius Ministros contemptui haberi, quos tamen qui spernit, ab eo se sperni Dominus Jesus professus est: maximeque verendum, ne ab ejusmodi injuriis nisi quam naturæ vindicatur

Ecclesia, adversus eas ipse denique veniat Princeps Regum Terræ Christus Jesus Dominus gloriæ: nec jam idcirco ulla interea non esse pertimescenda pericula.

§. 5. Hoc a Vobis officium, et Sancta Mater Ecclesia, et amor in patriam, et vestra in Regem pietas, et fides, ipsa denique existimatio vestra, et dignitas postulat. Non equidem Christianissimus Princeps, et Ecclesiæ Primogenitus Filius Sanctæ Matris per eos religiosissimorum Antistitem pro sua dignitate deprecantis, repudiabit obsecrationes, cujus solemnibus precibus ab immortali Deo impetratam salutem, et incolumitatem habere, Galliæque florentissimum Regnum innumeris ereptum periculis ad tantam pervenisse amplitudinem recognoscit. Nos interea quidvis perpeti parati pro Christo, tum ejus Sponsam Ecclesiam, tum qui eam susceperint defendendam, Vosque præsertim Ven. Fratres, quorum ob probatissimam fidem, et sollicitam vigilantiam sua cuique vestrum tradita pars est Gregis Dominici custodienda, quo strenuum in dies magis in Episcopali gerendo munere, et alacriorem animum præbeatis, omnibus Apostolicæ auctoritatis Nostræ officiis tuebimur. Denique de vobis ad acerbis dimicationes subeundas objectis vehementer solliciti, ac de vestris angoribus, acerbisque curis, quas Fraternalis Nostra erga vos charitas, Nobis proponit ob oculos, valde commoti, pro incolumitate vestra, et pro vera omnium vestrum, et in Christo Jesu solida gloria misericordissimum Deum semper quidem, sed præsertim cum illi placationis hostiam offerimus, flagrantissima prece Vobis operam, et auxilium flagitabimus. Interea Fraternalitibus vestris Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die IX. Junii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Apostolicæ Sedis auxilium Episcopis hisce exhibet, eoque ferventissimis Orationibus se adiuturum pariter Pontifex, pollicetur.

Dat. die 11. Junii 1762. Anno IV.

CCLXXXIV.

Approbatio, et confirmatio concordiae inter Archiepiscopum Ritus Graeci Ruthenorum, et Collegium Societatis Jesu in Civitate Poloki super donatione jam alias praelaudato Collegio facta.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Romani Pontifices semper ardentem studere, ut lites, et contentiones inter Ecclesiasticas praesertim personas dirimerent, et componerent.

§. 1. **L**audabile Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum institutum, ut si quas super quibusvis negotiis emergere, et crumpere perpexissent contentiones, lites, ac disceptationes, statim Apostolica auctoritate, et providentia dirimerent, componerentque, eo majori studio tenere, ac sectari Nos in Sacrosancti Apostolatus specula constitutos decet, qui dum in minoribus constituti eramus, nihil curavimus impensius, quam e medio sublatis, contentionum, litium, disceptationumque forensium dissidiis, ac tris per solam, liquidamque veritatis inspectionem jus suum unicuique tribueretur, ac justitia, et pax se se invicem oscularentur.

Exponitur causa dissidiorum inter Archiepiscopum Ritus Ruthenorum, et Collegium Societatis Jesu in Civitate Polokensi.

§. 2. **C**um, sicut accepimus, lis, et controversia, quae inter Venerabilem fratrem Florianum unitorum Ritus Graeci Ruthenorum Archiepiscopum ex una, et dilectos filios Clericos Regulares Societatis Jesu Collegii Polokensis ex altera partibus, de, et super donatione quorundam bonorum, a clarae memoriae Stephano Battori dum vixit Poloniae Rege Illustri Anno MDLXXXII. pro fundatione ipsius Collegii assignatorum eidem Societati facta, et anno MDCV. a hoc me: Bernardo S. R. E. Cardinali Maciejowski nuncupato, tunc temporis hujus Sanctae Sedis in Regno Poloniae de Latere Legato confirmata, et approbata, per plures annos coram causarum Palatii Apostolici Auditorio orta vigeat, aliquot ab hinc annis rejudicata dirempta, finitaque remanserit.

Ad tales eliminandas disputationes, S. R. E. Cardinalis deputatur, qui concordiae inveniendae articulos designet.

§. 3. **D**einde dissentionum, quae offensionum hominibus erant, et quærimoniarum tollendarum causa fel: rec: Benedictus Papa XIV. praedecessor Noster Venerabili fratri Nostro Joanni Francisco Episcopo Sabinensi S. R. E. Cardinali Albano nuncupato dedit in mandatis, ut quibuscumque rationibus recte posset partes praedictas inter se dis-

sidentes in pristinam concordiam, pacemque reducere. Id cum dictus Joannes Franciscus Episcopus, et Cardinalis, in humanis adhuc agente Benedicto Praedecessore praedicto, consequi nequivisset, hortatu deinceps Nostro hoc rursum sibi negotium suscepisset, investigando, consulendo, deliberandoque in eam demum sententiam venit, ut restituendae concordiae quosdam articulos opportunos fore judicaret, quos quidem articulos cum carissimus in Christo filius Noster Fridericus Augustus Poloniae Rex Illustris diligenter expendit, censuit ea ratione, pacem, concordiamque restitui, constabilisque posse.

§. 4. **I**taque Nos, cui maxime cordi est, ut, contentionibus sublatis, animorum conjunctio, et, inter Ministros Ecclesiasticos pax servetur, quae magnam afferre Populis Christianis queat spiritualium in primis commodorum partem, quantum cum Domino possumus, ad testatissimum detrimentum ambabus partibus ex sumptibus tot litium per plurium annorum spatium defensorum, et tot causarum propositionum fere omnium in damnum colligantium illatum propulsandum, reparandumque prospicientes, atque benigne providere cupientes, aliisque justis ex causis animum Nostrum moventibus adducti, procedentesque juxta memoratos articulos a memorato Joanne Francisco Episcopo, et Cardinali propositos, et a dicto Friderico Augusto Rege admissos, approbatosque, nec non donationis teorem, ac controversiae, seu lites, et causae, ac Sententiarum inde ab Auditorio praedicto litarum hujusmodi statum, et merita, nominaque, et cognomina, ac qualitates Judicum, et colligantium, et alia quaecumque etiam specificam, et individuum mentionem, et expressionem requirentia praesentibus pro plene, et sufficienter insertis, expressis, et specificatis habentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, quascumque lites, et causas super praemissa donatione quoruscumque bonorum stabilium quuscumque qualitatis, et speciei, a memorato Stephano Poloniae Rege ad construendum, fundandumque, ac manutenendum supradictum Collegium Societatis Jesu Polokense Anno MDLXXXII. eidem Societati, ut praefertur facta, inter memoratum Florianum Archiepiscopum, ac Clericos Regulares ejusdem Societa-

Pontifex praevia avocatione causarum quarumcunque inter Archiepiscopum et Collegium Polokense remudicatum Rotalem eadem Rotalem confirmat, et approbat

tis Jesu coram Auditorio prædicto, aliisque etiam Judicibus, et Tribunalibus motas, et pendentes in statu, et terminis, in quibus de præsentis reperiuntur ad Nos hactenus serie, cum suis emergentibus, annexis, et connexis, avocamus, illasque sic avocatas, motu, scientia, deliberatione, et potestatis plenitudine paribus, perpetuo supprimimus et extinguimus, perpetuumque silentium imponimus, ac donationem omnium, et quorumcumque honorum in Instrumento ea super re ab eodem Stephano Rege confecto contentorum, ob idem Collegium Polokense extruendum, ad favorem dictæ Societatis Jesu, sicut præmittitur factam, et a suprascripto Bernardo Cardinali, eo tempore hujus Sanctæ Sedis in Regno Poloniæ de Latere Legato, confirmatam, et approbatam, et postmodum in contradictorio Judicio, Rejudicata supra dicti Auditorii tribus sententiis adsertam, atque firmatam, quarum sententiarum prima coram bo: me: Pompeo, dum vixit ejusdem S. R. E. Cardinali Aldrovandi, tunc temporis causarum Palatii Apostolici prædicti Auditoris die xiv. Julii MDCCXXXIX. post tres decisiones, quarum prima die xxi. Junii, altera die iv. Octobris MDCCXXXVI. coram cognominato Cornelio tunc etiam Auditore; tertia denique coram eodem Pompeo die vii. Februarii MDCCXXXIX. editæ fuerunt, hujusmodi autem Sententia cum in rem transisset judicatam, reliquæ duæ sententiæ hujusmodi in Judicio restitutionis in integrum prodierunt, quibus res eadem judicata confirmata remansit; atque harum quidem duarum sententiarum altera lata fuit coram bo: me: cognominato Gamaches die xi. Februarii MDCCXXXII. post decisionem coram ipsomet Gamaches editam die xxiii. Novembris MDCCXXXI. altera coram bo: me: cognominato quoque Vicecomite die n. Aprilis MDCCLIII. post tres decisiones coram eodem cognominato Vicecomite xiv. Maii MDCCLI. xxiv. Januarii MDCCLII. et respective diebus xix. Januarii MDCCLIII. editas; Reliqua vero est, quæ coram dilecto filio Nostro Cajetano S. R. E. prædictæ Presbytero Cardinali Elephantutio nuncupato, tunc pariter temporis causarum Palatii Apostolici hujusmodi Auditoris die xxvii. Martii MDCCCLIV. edita fuit, postquam a Signatura Nostra Justitiæ rescriptum fuerat = Parito Judicato = Motu, scientia, deliberatione, et potestatis plenitudine similibus, approbamus, et confirmamus, omnes-

que juris, et facti defectus, si qui desuper in præmissis intervenerint, supplementum, et sanamus, dictumque Collegium, illiusque bona quæcumque tam mobilia, quam immobilia, et in quibusvis rebus consistentia, ac Superiorem, Clericosque Regulares, aliasque personas in eo pro tempore existentes, sub Nostræ, et hujus Sanctæ Sedis protectione recipimus, et admittimus.

§. 5. Ac insuper motu, scientia, ac deliberatione, et potestatis plenitudine paribus, volumus, decernimus, et declaramus, ut residuum impensarum, ad quod secundum taxam a suprascripto cognominato Vice-Comite Auditore peractam, confirmatamque deinceps coram prædicto Cajetano Cardinali tunc Auditore die xxvii. Martii suprascripti anni MDCCCLIV. ob susceptam litem, dictus Florianus Archiepiscopus teneretur, condonatum, et remissum intelligatur; neque vero id solum, sed etiam ut sibi mutuo partes, attentata vulgo ut dicitur, ignoscant, atque remittant usque ad publicationem præsentium Nostrarum Literarum; insuper omnes contentiones, seu controversias, jura, aut prætentiones, quas utraque pars de, et super reparatione damnorum, et expensarum obtendere posse videatur, penitus cessent per præsentem, et cessare intelligantur eo ipso.

§. 6. Demum Venerabili Fratri Antonio Eugenio Archiepiscopo Ephesino, moderno, seu pro tempore existenti apud eundem Fridericum Augustum Regem; Nostro, et Sedis Apostolicæ prædictæ Nuntio, per præsentem committimus, et mandamus, ut in finitimis, conterminisque utriusque partis prædictæ agris, prædiisque, aliisque bonis stabilibus, terminos constitui, ac apponi facere curet, quemadmodum Auditorii sæpèdicti decretis constitutum fuit, præsertim eo decreto, quo die xxvii. Januarii MDCCXLVII. a memorato cognominato Vice Comite Auditore conditum, vulgatumque fuisse reperitur. Termini vero eidem communi utriusque partis collitigantium impendio intra tres annos a præsentium Nostrarum Literarum publicatione constituendi, et pangendi sint, dummodo hoc temporis intervallo inter partes easdem aliter conventum non fuerit; et si contingat interea, partes prædictas super præmissis convenire, et pacisci, pactum, seu conventio inter se inita a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente approbari, et admitti debeat, alioquin nulla sit, et esse intelligatur.

Partes contententes ab expensis litis eximit, illasque liberat ab attentatis damnorumque refectione.

Apostolico penes Poloniæ Regem Nuncio committitur, ut terminos intra triennium apponat in agris controversis.

Clausula sub-  
blata, decre-  
tum irritans, et  
derogatio con-  
trariorum.

§. 7. Decernentes easdem, præsen-  
tes Literas, ac in eis contenta quæcum-  
que, etiam ex eo, quod quilibet etiam cu-  
jusvis status, gradus, ordinis, præminen-  
tiæ, et dignitatis, aut alias etiam specifi-  
ca, et individua mentione, et expressione  
digni in præmissis forsitan jus, et inter-  
esse habentes, seu habere quomodolibet  
præterdentes illis non consenserint, nec  
ad ea vocati, citati, et auditi, neque  
causæ propter quas ipsæ præsentés  
emanarint, sufficienter adductæ, veri-  
ficatæ, et justificatæ fuerint, aut ex  
alia quacumque, quantumvis juridica,  
pia, legitima, et privilegiata causa, co-  
lore, prætextu, et capite, etiam in corpore  
juris clauso, etiam enormis, enormis-  
simæ, et totalis læsionis, nullo un-  
quam tempore de subreptionis, vel ob-  
reptionis, aut nullitatis vitio, seu inten-  
tionis Nostræ, aut interesse habentium  
consensus, alioque quolibet etiam quan-  
tumvis magno, et substantiali defectu  
notari, impugnari, infringi, retractari,  
in controversiam vocari, ad terminos  
juris reduci, seu adversus illas aperi-  
tionis oris, restitutionis in integrum,  
aliudque quodcumque juris, vel facti,  
aut gratiæ remedium intentari, vel im-  
petrari, aut impetrato, seu etiam mo-  
tu proprio, scientia, et potestatis ple-  
bitudine paribus concessio, vel emana-  
to, quempiam in iudicio, et extra illud  
nisi, se se iuvare ullo modo posse, sed  
ipsas præsentés Literas semper, et per-  
petuo firmas, validas, et efficaces exi-  
stere, et fore, suosque plenarios, et  
integros effectus sortiri, et obtinere, ac  
illis, ad quos spectat, et pro tempore  
quandocumque spectabit in omnibus,  
et per omnia plenissime suffragari, et  
inviolabiliter observari, et adimpleri;  
sicque in præmissis per quoscumque  
Iudices Ordinarios, et Delegatos etiam  
causarum Palatii Apostolici Auditores,  
et dictæ Sedis Nuntios, sublata eis, et  
eorum cuilibet quavis aliter iudicandi,  
et interpetrandi facultate, et auctori-  
tate, iudicari, et definiri debere, ac ir-  
ritum, et inane si secus super his a  
quocumque, quavis auctoritate, scienter,  
vel ignoranter contigerit attentari. Non  
obstante Nostra, et Cancellariæ Aposto-  
licæ regula, de iure quæsito non tol-  
lendo, aliisque Constitutionibus, et Or-  
dinationibus Apostolicis, cæterisque con-  
trariis quibuscumque. Datum Romæ  
apud Sanctam Mariam Majorem sub An-  
nulo Piscatoris die undecima Junii Mil-  
lesimo Septingentesimo Sexagesimo Se-  
cundo, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CCLXXXV

Dat. die 12 Junii  
1762 Ann. IV.

Ordinationes pro Capitalis Provinciali-  
bus, et Candidationibus Congregatio-  
nis Clericorum Regularium Schola-  
rum Piarum Matris Dei a Capitulo Ge-  
nerali propositæ, confirmantur, et ob-  
servari mandantur.

*Scholarum Piarum Congregationem Alexander Episcopus Lucanus primum instituit, eamque approbavit Clemens VIII. Const. Anni 1595 Octob. 13, facultatem deinde fecit, Congregationem hanc ubique locorum recipiendi Pontifex idem Const. Anni 1604 Junii 24. Regimen, et Administrationem Scholarum Piarum Congregationi demandantur, quam appellari deinceps Matris Dei jubet Paulus V Const. edit. anno 1614 Jan. 14 itemque altera Anni 1617. Martii 6. Hanc Congregationem Clericorum in Religionem trium votorum solemnium erexit Gregorius XV. const. anni 1621. Nov. 18. illiusque privilegia, cæteris Ordinibus Mendicantibus propria, communicavit Pontifex idem constit. altera Anni 1622. Oct. 15. Ex Religione in Congregationem Secularem iterum convertit Ianocentius X. Constit. edit. Ann. 1646. Martii 16, quam reductionem in Congregationem confirmavit Alexander VII. Const. Anni 1656 Jan. 24. qui Constit. altera Anni 1660. April. 28., jussit ut Præpositus Generalis, et Assistentes hujus Congregationis ad sexennium essent duraturi. Congregationem præfatam ad statum Regularis Religionis cum emissionem trium votorum solemnium, revocavit Clemens IX. Const. Anni 1669. Oct. 23. Exemptionem a jurisdictione Ordinariorum, ad instar aliorum Ordinum mendicantium confirmavit Innocentius XI. Const. Anni 1684. Martii 13. Clericos Regulares hujus Congregationis possidendi capaces declaravit Pontifex idem Const. edit. Anno 1686. Sept. 3. Clericis Scholarum Piarum facultatem emittendi Professionem, ante triennium Noviliatus, concessit Alexander VIII. Const. Anni 1695. Jan. 23. Prædicationis facultatem ademit Clericis hujus Congregationis, ne ab scholarum exercitio distraherentur, Benedictus XIII. Constit. Anni 1727. Oct. 3. quas singulas Constitutiones, exceptis binis Gregorii XV. invenies impressas in Bullario Mainardii. De eligendis Pro-*

*vincialibus, et Candidatis pro Provinciis Italicis, insularumque adjacentium adsunt Literæ Benedicti XIV. Anni 1744. Nov. 10. quæ in Benedictino Bullario haud insertæ fuere. Nonnulla quoad Provinciales et Candidatos pro Provinciis Ultramontanis statuit Clemens XIII. Constit. sua Anni 1759. Febr. 5. quæ a nobis adhuc non inventa, prætermittitur suo loco in hac continuatione, collocanda in supplemento si deinde eam invenire contigerit.*

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Præmissum

§. 1. Sacrosancti Apostolatus Officium humilitati Nostræ per abundantiam Divinæ bonitatis, nullo licet meritum Nostrorum suffragio creditum, salubriter exequi adjuvante Domino jugiter satagentis, ad ea, per quæ felici, prosperoque Christifidelium Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum regimini consulitur, libenter intendimus, munerisque Nostræ Pastoralis partes propenso desuper studio interponimus, sicut nos locorum, personarum, rerum, et temporum qualitatibus mature pensantis, ad Omnipotentis Dei gloriam, et Religionis incrementum expedire in Domino arbitramur.

Exponitur antiqua methodus eligendi Præpositos, aliosque Candidatos Provinciales in Provinciis Ultramontania.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Maria a Sancto Joanne Baptista Præpositus Generalis Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatorum, nomine etiam suorum Assistentium, quod cum alias Præpositus Generalis ipsius Congregationis munus sibi demandatum ad sexennium dumtaxat explere consuevisset, Capitula Provincialia in singulis ejusdem Congregationis Provinciis de sexennio in sexennium habebantur, in quibus vocales ad Capitulum Generale, pro nova Præpositi Generalis electione faciendæ, accessuri eligebantur, accepto postmodum per fel. rec. Benedictum PP. XIV. prædecessorem Nostrum, quod Præpositi Provinciales, et Rectores Provinciarum Ultramontanes ipsius Congregationis, a pro tempore existentibus Præposito Generali, et illius Assistentibus, prævia Candidatorum nominatione, vel a Capitulis Provincialibus, pro ut in Poloniæ, et Lithuanicæ, vel a Congregatione Præpositi Provincialis,

ejusque Assistentium, et nonnullorum aliorum Rectorum illius Provinciæ præscriptorum, prout in Germanicæ, et Hungaricæ respective Provinciis faciendæ seligebantur. Hujusmodi vero facultas nominandi Candidatos pro supradictis Provinciis a Capitulis Generalibus prædictæ Congregationis pro tempore celebratis concessa fuerat, ex eo, quod Congregatio Præpositi Generalis, ejusque Assistentium, accuratam, ac debitam, necessariamque cogitationem eligendorum, promovendorumque ad munia, et officia supradictarum Provinciarum minime habere possit.

§. 3. Contra vero in Provinciis Italicæ Congregationis hujusmodi Præpositi Provinciarum prædictarum, aliique Rectores eligebantur a Præposito Generali, et Assistentibus prædictis, prævia dumtaxat propositione eligendorum ab ipsomet Præposito Generali facta, ipse Benedictus prædecessor, felici, prospereque Provinciarum Italicarum, et Insularum adjacentium regimini consulere cupiens, per quasdam suas in simili forma Brevis die x Nov. MDCCXLIV. expeditas Literas præcepit, statuit, et ordinauit, ut in fine cujuslibet triennii, Præpositus Provincialis quarumcumque Provinciarum, et Insularum adjacentium hujusmodi Congregationis, ac Assistentes Provinciales, nec non Rectores actuales eorum, ac quicumque alii, qui de jure, vel consuetudine, aut ex privilegio vocem, et votum in Capitulo Provinciali haberent, et ferrent, in unum congregati per secreta suffragia, ad electionem, seu nominationem trium ex gravioribus Professoribus suæ respective Provinciæ, pro assequendo, seu obeundo munere vel officio Præpositi Provincialis devenirent, ac devenire deberent, et postquam tres Candidatos sic, ut præfertur, per secreta suffragia elegissent, eos Congregationi Præpositi Generalis, ejusque Assistentium pro tempore existentium præsentare tenerentur, dictique Præpositus Provincialis, ac Assistentes, aliique ut supra congregati, nominarent eos, qui præter cætera alia requisita per Constitutiones Congregationis prædictæ præscripta, munus Rectoris alicujus ex domibus Regularibus, vel Collegii memoratæ Congregationis laudabiliter explerent, etiam eligerent, et nominare possent eos, qui a Provincia propria absentes essent, ex iis autem tribus Candidatis, qui plura secreta suffragia ab eadem Congregatione Præpositi Generalis, suorumque Assistentium

Diversa methodus servata in Provinciis Italicis circa electionem Præpositi Provincialis, aliorumque Rectorum, Benedicti XIV. Constitutione reformatur.



obtinnissent, ille Provincialis existeret, quodque in quacumque ex Provinciis Italicis, et Insulis adjacentibus, ii, qui pro prima vice ad munus, seu officium Rectoris domorum, et Collegiorum hujusmodi etiam primi, et secundi Novitiatus promovendi essent, minime eligerentur, nisi facta prius habilitatione, seu nominatione per secreta suffragia a Capitulo Provinciali praedicto, quod curam haberent expendendi, mature considerandi, et rationem habendi pro hujusmodi Candidatis, non solum quoad aetatem, et morum probitatem, verum etiam Regularem observantiam, diligentiam in exercitio Scholarum adhibitam, ac caeteros Regulares labores, aliaque obsequia eidem Congregationi praestita, quodque iis, qui semel Candidati fuissent pro gubernio domorum, et Collegiorum suae respective Provinciae non intelligerentur Candidati, seu habilitati ad gubernia domorum, seu Collegiorum alterius Provinciae, sed semper suae cujuscumque Provinciae; demum quod Capitulum Provinciale cujuscumque ex dictis Provinciis Italiae, et Insularum adjacentium, Praeposito Generali ejusque Congregationi in forma authentica, non solum tres Candidatos pro assequendo Provincialatu, verum etiam distinctam eorum notam, qui pro exercendis, obeundisque muneribus Rectorum de novo candidati erant, exhibere tenerentur. Insuper voluit, et declaravit, ut omnes, et singulae electiones tum Provincialium, tum Rectorum praedictorum, pro tempore in supradictis Provinciis Italicis, et Insulis adjacentibus faciendae, nisi juxta supradictam determinationem factae fuissent, eo ipso nullae essent.

§. 4. Postmodum vero Nos, per alias Nostras in pari forma Brevis die 7 Februarii MDCCCLIX expeditas Literas, non solum quoddam decretum a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositorum, ad favorem Provinciae utriusque Castellae editum, confirmavimus, et approbavimus, verum etiam facultatem nominandi tres ad Provincialatus, duos vero, aut tres primodictae Congregationis Alumnos, seu Professores ad Rectoratus domorum Regularium Provinciarum Ultramontes Congregationis Pauperum Matris Dei, quorum munus ad Provincialatum, et respective ad cujuslibet domus regimen a Generali Praeposito, ejusque Congre-

gatione eligi deberet, a Capitulis Generalibus ejusmodi Provinciis Ultramontes attributa, de novo concessimus, et innovavimus, et alias prout in memoratis ipsius Benedicti praedecessoris, ac Nostris Literis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, prout uberius dicitur contineri.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratae providae pro Candidationibus ordinationes, seu stabilimenta, licet hucusque observata fuerint, et adhuc in posterum in eorum substantiam debitae executioni demandari possent, nihilominus quoad modum tunc praescriptum illorum executionio valde difficilis redderetur, postquam memoratus Benedictus praedecessor per alias suas in pari forma Brevis, non obstantibus aliis fel. rec. Alexandri Papae VII. et Clementis IX. praedecessorum itidem Nostrorum in simili forma Brevis expeditis Literis, per quas praescriptum reperiebatur, ut Praepositus Generalis primodictae Congregationis de sexennio in sexennium eligendus esset, moderni, et pro tempore existentis Praepositi Generalis hujusmodi electio non amplius ad sex dumtaxat annos, sed duodecim annorum spatium facta intelligeretur, ita ut Generalia Capitula, quae antea quolibet sexennio indicenda, et habenda erant, deinceps intra duodecim annorum spatium celebranda praescriperat; ex hac nova regiminis forma Capitula Provincialia, quae in singulis Provinciis ejusdem primodictae Congregationis antea celebrabantur singulis sex annis, in quibus eligebantur vocales ad Capitula Generalia, et illorum celebrationes in posterum inanes esse dignoscantur, ideoque deinceps minime necessaria sint.

§. 6. Hinc Vocales in Capitulo Generali in Alma Urbe Nostra Anno MDCCCLX. habito congregati, re saepius mature perpensa, proprium esse dixerint, quod si sexennalia Capitula Provincialia, veluti nunc inania, in Provinciis omnibus penitus extinguerentur, etiam Candidationes, et electiones, quas prius ea occasione celebrationis Capitulum Provincialium singulis sex annis fieri in more positum erat, abolerentur, non sine maximo earumdem Provinciarum commodo, ac futuris temporibus ab aliis personis fieri possent singulis trienniis, praescripta nova earumdem Candidationum methodo, ac propterea exponentes praedicti non so-

Supra statutis electionis modus difficultatibus olim evadere obvariato postmodum Comitioum Generalium habendorum tempore.

Novam adhibendam methodum pro Candidaturis proposuit Capitulum Generale hujus Ordinis habitum Anno 1760

Hujus Pontificis Constitutione Anni 1739. quae a Benedicto XIV circa Provincialium, et domorum Rectorum electionem sancita fuerant, confirmata extiterunt.

lum dictas Benedicti prædecessoris prædicti incipien = Injuncti = quam Nostras, tam quoad celebrationes Capitulorum Provincialium singulis sex annis celebrandorum, quam quoad Candidationes singulis tricenniis habendas, quarum initium est = Nuper = per Nos revocari, aliamque methodum in posterum observandam præscribi a Capitulo Generali Anni MDCCLX. excogitam, et per Congregationem Generalem explicatam, et explanatam, quam itidem per Nos confirmari plurimum desiderant.

Præces porrectæ pro approbatione supradictæ resolutionis Capituli Generalis, quas benignus Pontifex excipit, prævia derogatione præcedentium Constitutionum quæ præsentem adversantur.

§. 7. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur perpendentes etiam uberes fructus, quos ipsius primodiæ Congregationis Alumni in juventute optimis, ac liberalibus disciplinis omnibus instruenda, non modo in Urbe prædicta in qua laudabile hoc Institutum incepit, sed in omnibus etiam Regnis, et Provinciis producit, in quibus primodiæ Congregatio eximia pietatis, et doctrinæ laude floret, ac novis in dies incrementis feliciter propagatur, ideoque prospero ac felici ejusdem Congregationis de Christiana Republica meritæ statui, ac regimini, quantum cum Domino possumus benigne consulere volentes, ipsorumque exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censente, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis informatione, et voto bo: me: Antonii Mariæ dum vixit ejusdem S. R. E. Presbyteri Cardinalis Erba Odescalchi nuncupati, memoratæ Congregationis, apud Nos, et Sedem Apostolicam Protectoris, Nobis alias factis, memoratas ejusdem Benedicti prædecessoris, ac Nostras Literas, quarum initium est = Injuncti, et nuper pro parte ec. - x. Novembris MDCCXXXIV. et v. Feb. respective diebus MDCCLIX. expeditas super Candidatione Professorum, qui ad explenda, et obeunda sæpèdictæ Congregationis munia habiles, et capaces electi forent, ac celebratione Capitulorum Provincialium editas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, cassamus, irritamus, et annullamus, ac nullius roboris, et momenti fore, et esse decernimus, ac insuper

omnia acta, gesta, et disposita tam in Capitulo Generali MDCCLX. habito, quam in Congregatione Generali, quantum attinet ad hujusmodi Candidationem, et Capitulorum derogationem hoc tempore faciendam, auctoritate, et tenore præsentis confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

§. 8. Per cassationem vero, irrationem, et annullationem prædictarum memorati Benedicti prædecessoris et Nostrarum Literarum non intendimus derogatum esse usui, ac consuetudini, quæ in more posita erat, eligendi, et nominandi Candidatos, sed dumtaxat celebrationi Capitulorum Provincialium de triennio in triennium, ac postmodum de sexennio in sexennium, ideoque per præsentem, auctoritate prædicta statuimus, decernimus, ordinamus, ac præcipimus, et mandamus, ut in singulis memoratæ Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatorum Provinciis (excepta tamen Provincia Polona nuncupata ejusdem Congregationis, pro qua idem Benedictus prædecessor, per alias suas pariter in simili forma Brevis editas Literas, peculiariter quoad Capitula Provincialia, et Candidationes hujusmodi statuit, et decrevit) laudabilis, ac provida Candidationum hujusmodi consuetudo accurate observari debeat, etiamsi Capitula Provincialia minime, ut prius, celebrentur, nempe singulis tribus annis, quibus fieri solebant Candidationes ad Provincialatum, et Rectoratus respective; ejusmodi Candidationes trium pro Provincialatu, et duorum, vel trium Professorum pro Rectoratu domorum, vel Collegiorum in omnibus Provinciis prædictis habeant in posterum a Congregatione Provinciali, nempe Provinciali, duobus Assistentibus, et duobus Consultoribus composita, additis quoque aliis quatuor professoribus dictæ Congregationis, qui majorem notitiam, et experientiam habere possunt Alumnorum, et rerum Provinciæ, nempe ex-Generalibus, qui eidem Congregationi præfuerant, ex-Assistentibus Generalibus, et ex-Procuratoribus Generalibus, qui eadem munera exercuerint, si extiterint, juxta tamen ordinem muneris, seu officii, quibus gavisii fuerunt, deinde in horum defectus ex-Provincialibus, qui regimen,

Magis explicito indigitatur methodus servanda in posterum pro hujus Ordinis Candidaturis.

et gubernium exeruerunt, juxta tamen ordinem vestitionis; his quoque deficientibus, additis tot Rectoribus vicinioribus residentiae consuetae Provincialis, et si contingat, in ea Civitate plures esse domos Regulares, semper habeatur ratio antiquitatis domorum, ita ut Rectores domorum Regularium antiquiorum in fundatione anteponantur Rectoribus domorum recentiorum, ut impleatur numerus novem Congregatorum, qui in ipsa Congregatione votum ferre debent; a Candidationibus autem per dictos novem Congregatos sic factis pro prima electione, sub poena nullitatis electionis aliter factae, recedi non possit, nisi in casu, quo unus dumtaxat ex Candidatis, sive ad Provincialatum, sive ad Rectoratus super esset, post vero dictam primam electionem novi Provincialis, et novorum Rectorum, juxta praescriptam Candidationem omnino faciendam, si contingat intra illud triennium, sive propter cessionem, aut resignationem, vel obitum, vel propter aliam quamcumque causam, novam alicujus, vel aliquorum Rectoris, et Provincialis electionem faciendam esse, ea secunda electio sine ullo Candidationis respectu, ad solam Congregationem Generalem, pleno, et antiquo jure pertinere intelligatur, salvis tamen juribus Praepositi Generalis respectu domorum, quae eidem immediate subjectae existunt, et huc usque subjectae fuerunt, vel in posterum subjectentur, salvo quoque jure ex-Generalem, qui Congregationi praefuerunt, quoad tamen Domum, quam sibi elegerint. Insuper, ut cum Capitulum Provinciale a Provinciis ipsius Congregationis ad eligendos vocales accessuros ad Capitulum Generale pro electione novi Praepositi Generalis, celebrari contingat, Candidatio trium personarum ad Provincialatum fiat pro ea vice ab universo Capitulo Provinciali, a quo etiam nominentur quatuor de gremio Capituli, qui simul cum Provinciali, et ejus Assistentibus, ac Consultoribus duos, vel tres Professores Congregationis praedictae pro unaquaque domo ad Rectoratus nominabunt, eo modo, quo singulis trienniis a novem aliis supra dictis per Nos volitis, et praescriptis, statutisque vocalibus faciendum, et eligendum erit; salvis itidem juribus memoratorum Generalis, ex-Generalem, et Provinciae Poloniae, quod vero attinet ad Candidatos praeter qualitates, et prerogativas a dictae Congregationis Constitutionibus, et illius Ca-

pitulorum Generalium decretis requisitas, ut vocis passivae capaces sint, illud etiam requiri volumus, ut in ea Provincia, in qua Professionem Regularem per Clericos Regulares ejusdem Congregationis emitti consuetum, emiserint, vel per praeterita Capitula Provincialia aggregati fuerint, aut in posterum per eadem Capitula, sive per eandem Congregationem triennem per dictos novem Deputatos habendam aggregabuntur, in ea dumtaxat, ad hujusmodi gradus candidari, seu habilitari, atque adeo eligi respective possint, et valeant. Demum, ut sexto quoque anno habeatur alia Congregatio ad novam Assistentium Generalium electionem faciendam, in qua praeter Praepositum Generalem locum habeant, ac vocem, et votum Assistentes Generales, Procurator Generalis, et actuales Provincialium Procuratores a Provinciis eligendi, eodem modo, qui in Capitulo Generali memoratae Congregationis anno MDCCLX. praescriptus fuit, dummodo sint in eadem Provincia Professores, et saltem vocem passivam ad gradus hujusmodi Congregationis consequendos praediti sint.

§. 9. Decernentes, easdem praesentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros, effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quaecumque spectabit plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia rohoratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo

Derogatio contrarium.

robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris; die decima secunda Junii millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri anno quarto.

### CCLXXXVI.

Patribus Ex-Diffinitoribus Generalibus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia, quam Reformatorem, jus ferendi suffragium in perpetuum conceditur in Capitulis Provincialibus, et Diffinitoriis propriæ Provinciæ, absoluto sexennio eorum muneris.

*Paternitates, et præcedentias Fratribus Minoribus S. Francisci de Observantia revocavit Gregorius XV. constit. Anni 1623 Febr. 3. Quam sane Constitutionem moderavit Urbanus VIII. pro tota Familia Ultramontana, duos Patres Provinciæ admittens in Diffinitoriis Generalibus, ut ex illius Const. Anni 1639 Julii 25, quas legere præstat in Bullario Mainardi.*

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exordium

§. 1. **I**njuncti Nobis per abundantiam Divinæ gratiæ Pastoralis Officii sollicitudo postulat, atque exigit, ut iis, per quæ Christifidelium sub suavi Religionis jugo Alissimo famulantium prospero statui consulitur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Postulatio facta in Comitibus Generalibus hujus Ordinis ad hoc ut Ex-Diffinitoris Generalis absoluto sexennio muneris, jus suffragii servarent in singulis Capitulis, aliisque actis Provincialibus.

§. 2. Alias siquidem pro parte dilectorum ex-Diffinitorum Generalium absolutorum Familiæ Cismontanæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci tam de Observantia, quam Reformatorem nuncupatorum dilectis itidem filiis Discretorio Generali Familiæ, et Ordinis hujusmodi in Civitate Mantuana pro celebratione Capituli Generalis ipsius Ordinis in unum congregato, exposito, quod si ex-Diffinitoribus Generalibus pro tempore existentibus, absoluto sexennio muneris, seu Officii hujusmodi, a Capitulis Generalibus alias sibi demandati, jus suffragandi in omnibus Capitulis, Congregationibus, et Diffinitoriis

Provincialibus suarum respective Provincialium concederetur, id in profectum, et utilitatem earumdem Provincialium cederet; idem Discretorium rem mature perpendens de consensu dilecti Filii Nostri Ignatii S. R. E. Presbyteri Cardinalis Cribelli nuncupati, in eodem Sedis titulo, Nostro, et hujus Sanctæ Sedis nomine Presidentis, suum edidit decretum, tenoris sequentis videlicet = Rm̄i, et admodum Colm̄i Patres = Pro parte » ex-Diffinitorum Generalium tam Regularis Observantiæ, quam Reformatorem Cismontanæ Familiæ reverenter exponitur Reverendissimis Paternitatibus Vestris, multum expedire profectui, et utilitati Provincialium ejusdem Familiæ, quod statuatur, ut hujusmodi ex-Diffinitores Generales, absolute sexennio actualis officii, jure gaudeant suffragandi in omnibus Capitulis, et Congregationibus Diffinitorialibus suarum respective Provincialium. Cum enim fuerint supremi in Ordine Judices, et Superiorum Generalium Consultores, ac proinde constituentur supremum Senatum totius Ordinis ad discutienda, et definienda graviora negotia, et causas ejusdem Ordinis, consequitur, ut polleant doctrina, zelo, prudentia, atque singulari experientia; proptereaque eorum assistentia in præfatis Capitulis, et Congregationibus Diffinitoribus lumen afferat, et juvamen pro justa, et salubriori resolutione causarum, et negotiorum, quæ in ipsis tractantur. Similibus enim ex causis fel. rec. Urbani VIII. concessit, atque decrevit, quod in Provinciis Ultramontanæ Familiæ semper adessent in Capitulis, et Diffinitorialibus functionibus duo Patres habituales, videlicet Pater dignior, et Provincialis immediatus, ut pater ex Literis Apostolicis incipientibus » *Onerosa*, die xxm. Julii MDCXXXIX: derogando contrariæ dispositioni salme. Gregorii XV., quæ quidem rationes fortius militent pro solis ex-Diffinitoribus Generalibus, ut Paternitatibus Vestris Rm̄is aperte constat. Quapropter humiliter supplicant, quatenus Paternitates Vestræ Reverendissimæ decernere dignentur, supplicandum SSm̄o, ut in Cismontana Familia ex-Diffinitores Generales Ordinis gaudeant in perpetuum jure suffragandi in Capitalis Provincialibus, et Diffinitoriis propriæ Provinciæ; quopacto etiam provisum erit decori præcipuorum Officialium Religionis, et de gratia, quam Deus etc.

Supplicationem prædictam Discretorium, Generale Ordinis approbavit, censuitque postulandum esse Apostolicæ Sedis confirmationem.

Decretum Discretorii Generalis Apostolicæ auctoritate confirmatur, et roboratur.

Assistente Eminentissimo Domino Domino Cardinali Præsidi, totum Discretorium lete Ordinis censuit expedire utilitati Provinciarum, pro recto gubernio ipsarum, petita concedere, ut in precibus; atque adeo supplicandum esse Sanctissimum pro Gratia. Datum Mantuæ in Comitibus Generalibus die xxiv. Maii MDCCLXII.

§. 3. Cum autem sicut dictum Discretorium Nobis subinde exponi fecit, ipsum hujusmodi decretum, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsum Discretorium specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et illius singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, in quas forte incurrerant, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Discretorii Generalis decretum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus et approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, omnesque, et singulos tam juris, quam facti etiam substantiales defectus, si qui desuper interveenerint, supplemus, et sanamus.

§. 4. Decernentes, easdem præsentibus Literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non ostantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, et Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, Superioribus, et personibus sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in

Bull. Rom. Tom. II.

specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima secunda Junii millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri Anno quarto.

CCLXXXVII.

Die 26 Junii 1762. Ann. IV.

Facultatem conferendi tres Canonicatos vacantes in mensibus S. Sedi reservatis postulata ab Episcopo Warmiensi, haud elargiendam esse Pontifex significat Poloniae Regi Illustri, ne Romanæ Ecclesiæ Patrimonium imminutionem patiatur.

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto Poloniae Regi Illustri.

Clemens P. P. XIII.

Carissime in Christo fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Lectis literis Majestatis tuæ datis die 12. Maij proxime elapsi quibus literis diligenter, enixeque petis iterum, ut indultum, quod vocant, Venerabili Fratri Episcopo Warmiensi concedamus tres Canonicatos conferendi, si qui etiam mensibus huic S. Sedi reservatis vacare contigerint; Nobis certe quidem nihil gratius, nihilque jucundius fuisset, quam obsequi voluntati Majestatis tuæ, tum pro singulari tua erga Nos, atque Apostolicam Sedem observantia, nec non pro eximiis ejusdem Venerabilis Fratris virtutibus, quæ præsertim judicii tui auctoritate commendantur, tum vero etiam pro peculiari quadam, vereque paterna benevolentia, qua te carissime in Christo Fili Noster, arctissime complectimur.

Poloniae Regis laudes, et merita.

§. 2. Sed quominus et Majestati tuæ, et Nobis ipsis hac in re satisfaciamus, obstat consilium illud, quod vix Pontificatum ingressi suscepimus, hærebitque animo Nostro firmiter, cavendi quam diligentissime ne hæredi-

Implorata ab Episcopo Warmiensi facultati obstitit, et eos in Canonicos electurum quos magis Episcopus eo-

Clausula subdita, et decretum irritans

Derogatio contrariarum.

commendatione dignos habuerit Pontifex significat.

tarium Romanæ Ecclesiæ patrimonium novo hoc exemplo minus diligenter a Nobis custoditum videatur, illud potius curabimus, ubi occasio ferat, Nobisque plane integrum sit, ut si Canonicatus in Ecclesia Warmiensi vocaverint, potissimum ratio habeatur eorum, quos idem Episcopus præcipuo testimonio commendaverit, atque ita, quod illi maxime propositum erat, assequatur, ut videlicet idoneos habeat Canonicos, et Fideles adjuutores Ministerii sui. Dabis igitur veniam, si, quod petis perinviti quidem minime duximus concedendum, quin potius propter egregiam, et Catholico Rege dignam religionem, laudabis consilium Nostrum, tibi que persuadebis, hanc ob rem, nihil de summo Nostro erga Majestatem tuam amore fuisse detractum, cujus amoris, ut alias experimentum capias, rogamus, damusque certissimum pignus Apostolicam Benedictionem, quam tibi, carissime in Christo Fili Noster amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxvi. Junii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Dat. die 9. Julii  
1762. Ann. IV.

### CCLXXXVIII.

Indulgentia plenaria conceditur omnibus, et singulis Religiosis Societatis Jesu ad Missiones mittendis, ubi tamen non erunt Missionarii de Propaganda Fide, pro una tantum vice pro unoquoque, extendenda Christi Fidelibus utriusque sexus confessis, et Sacra Comunione refectis, qui Missionibus ipsis interfuerint.

Clemens PP. XIII.

Universis Christifidelibus  
præsentibus Litteras inspecturis salutem,  
et Apostolicam Benedictionem.

Cælestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter iis impertimur, quos pro sua in Deum, et proximos charitate, et Christianæ Religionis zelo animarum salutem omni studio procurare intelligimus; quo in genere cum Societatis Jesu Religiosos habeamus, eosque in primis, quos Dilectus Filius Laurentius Ricci ejusdem Societatis Jesu Præpositus Generalis ob hanc causam hoc ipso, et consequentibus an-

nis in diversas Provincias Christianæ Republicæ mittere constituit. Nos sane eorumdem Religiosorum pietatem, et operam, eorumque, ad quos illi mittendi erunt religionem, ac devotionem spiritualibus gratiis confovere, atque augere cupientes ejusdem Laurentii Præpositi Generalis precibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, piamque illius deliberationem, quantum cum Domino possumus, promovere volentes, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, et singulis dictæ Societatis Religiosis mittendis (ubi tamen non erunt Missionarii Congregationis de Propaganda Fide) et aliis utriusque sexus Christifidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, Nostram, et Apostolicam Benedictionem per præsentibus impertimur; nec non eisdem vere penitentibus, et confessis, ac sacra Comunione refectis, qui pro S. R. E. exaltatione, Principum Christianorum unione, Infidelium conversione, ac hæresum extirpatione, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, pro una vice dumtaxat pro unaquaque Missione concedimus, et elargimur. Hortantes Venerabiles Fratres Patriarchas, Primate, Archiepiscopos, et alios Ecclesiarum Prælatos, et Rectores, ac Verbi Dei Prædicatores, ut in suis quisque Ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, præsentibus Literas, ac omnia in eis contenta publicent, ac publicari faciant, et omnem eisdem Religiosis favorem, auxilium in præmissis præsentent. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, seu dictæ Societatis Secretarii subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, seu Præpositi Generalis ejusdem Societatis obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xi Julii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Quam hæc Pontificia Constitutio postrema sit hujus quarti anni Pontificatus S. M. Clementis XIII. quoad materiam Ecclesiasticam, gradum facturus ad aliam, que temporalem prælaudati Pontificis potestatem respiciunt hoc eodem quarto anno, eandem sequentes methodum quam usque adhuc adhibuimus.

Dat. die 4. Augusti 1761.  
Ann. IV.

CCLXXXIX

Nonnullæ Ordinationes pro recta administratione, et conservatione Bibliothecæ Vaticanæ, atque Musæorum illi adnexorum Pontificio Motu-Proprio præscribuntur, et futuris temporibus observari mandantur.

*Bibliothecam Vaticanam jam alias in Lateranensi Palatio incoatam, deinde ad ædes Vaticanas translata, a Nicolao V, et Sixto IV auctam pro usu Pontificum, solidiori, et ampliori constructo ædificio, ad publicam utilitatem erexit Sixtus V. Constit. anni 1587. Aprilis 27. Suppressis nonnullis Officiis in Bibliotheca, et Typographia Vaticana, quinque Officia correctorum Librorum tam Græcorum, quam Latinorum erexit in eadem Bibliotheca Clemens VIII. Const. Anni 1593. Augusti 20. Abbatiam S. Mariæ in Vaticano Beneventanæ Diocesis, Bibliothecæ Vaticanæ univit, et incorporavit Paulus V. Const. Anni 1607. Julii 1. Bibliothecam Francisci Mariæ a Ruvere postremi Ducis Urbini ad Bibliothecam Vaticanam transferri, inibique in loco separato, et conspicuo eustodiri jussit Alexander VII. Const. anni 1657. Augusti 7. Censuras a Sixto V indictas contra extrahentes Libros ex Vaticana Bibliotheca, nec non plures Ordinationes pro dictæ Bibliothecæ recta administratione confirmavit, et de novo demandavit Clemens XII Const. Anni 1739 Aug. 24.*

Clemens PP. XIII.

Motu Proprio etc.

vacante sol-  
licitudine Ro-  
mani Pontificis.  
pro incremento  
Vaticanae Bi-  
bliothecæ stu-  
dia sua diraxe-  
rit.

§. 1. **A**ncorchè i Sommi Pontefici Nostri predecessori non abbiano lasciato di prendere di tempo in tempo, le più opportune provvidenze per mantenere ed accrescere la Biblioteca, che con tanto decoro della S. Sede trovasi eretta e collocata nel Nostro Palazzo Vaticano, e la giusta, e lo devole vigilanza de' medesimi, siasi anch' estesa a deputare un Cardinale della S. R. C. in Bibliotecario, o Protettore, per soprintendere ad essa; ed in oltre vi siano eretti due Uffizj di Custodi; uno detto primario, o maggiore, e l'altro minore; vi siano ancora sette Scrittori, cioè due di lingua Lati-

Bull. Rom. Tom. II.

na, due di lingua Greca, due di lingua Ebraica, ed uno di lingue Orientali, Siriaca, ed Arabica, i quali Uffizj tutti, allorchè vacano, si conferiscono con Breve Apostolico, e con simile Breve, qualora alcuno di essi divenisse inabile pel servizio, che prestar deve, siasi concedute le Coadjutorie sopra i detti Uffizj colla futura successione ne' medesimi: e si mantengano ancora per essa varj Ministri subalterni, cioè due col titolo di legatori di libri, che si deputano dal Cardinale Bibliotecario, e due altri coll' impiego di Scopatori, o siano famuli, che si deputano dal Custode primario, o maggiore, nè senza demerito, tali Ministri si sogliono amovere: ed abbiano altresì provveduto agli assegnamenti degli Ufficiali, e Ministri, ed alle spese che occorrono per la compra de' libri, oltre gli acquisti straordinarij, che di tempo in tempo si sono fatti, e che Noi ancora non abbiamo omissi, onde sembrerebbe che così bene disposte le cose, non ci dovesse essere motivo alcuno di fare nuove ordinazioni.

§. 2. Nulladimeno, perchè col decorso de' tempi si sono date alcune occasioni di dubbj, e varie circostanze, alle quali almeno chiaramente, non si era provveduto, ovvero sono anulate nascendo varj disordini, perciò Noi, dopo seguita la vacanza dell' Uffizio di Bibliotecario per la morte della ho: me: del Cardinale Domenico Passionei, avendo compreso non meno lo stato della detta Biblioteca, che quelle cose che meritano nuove ordinazioni, abbiamo determinato darvi le opportune provvidenze.

§. 3. Quindi è, che colla presente Cedola di Nostro Moto proprio, sottoscritta di Nostra mano, colla pienezza della Nostra autorità, confermiamo in primo luogo, e rinnoviamo tutte le disposizioni Apostoliche de' Nostri predecessori sopra la detta Biblioteca, e specialmente le ordinazioni fatte dalla fel: mem: di Clemente XII anche Nostro predecessore per mezzo delle sue lettere Apostoliche in forma di Breve, che incominciano: *Dignissimam*: in data de' 24 Agosto 1739. Così ancora rinnoviamo il divieto in esse contenuto, e Noi parimenti proibiamo, che niuno possa togliere, estrarre, trasportare altrove i codici, volumi, libri, o manuscritti, o stampati, che si conservano nella Biblioteca, e neppure ciò sia permesso al Cardinale Bibliotecario,

Novarum  
prebendarum  
ordinationum  
necessitas,

Clementis  
XII. Literæ con-  
firmantur con-  
tra extrahentes  
vel adportan-  
tes Libros, ce-  
teraque a Va-  
ticana Biblio-  
theca.

e molto meno ai Custodi, e Scrittori, senza licenza speciale sottoscritta da Noi, e da Nostri successori: E se alcuno tresgredisse tal divieto e proibizione, ovvero ardisse rompere, rader, corrompere, alterare, o recare con qualsivoglia dolo, alcun pregiudizio ai suddetti codici, volumi, o libri, pronunziamo anche Noi di nuovo, con la pienezza della Nostra autorità, contro esso la stessa sentenza di Scomunica maggiore, riservata a Noi solo, ed ai Nostri successori; ed aggiungiamo alle medesime lettere del detto Clemente predecessore nuova fermezza; volendo e comandando, che siano esattamente osservate, di modo che non possa contro esse allegarsi alcuna presunzione, il non uso, e qualunque contraria consuetudine: ed a tale effetto ordiniamo, che una copia collazionata delle dette lettere di Clemente XII si tenga affissa nella sala anteriore della Biblioteca, dove dimorano gli scrittori.

Quomodo  
prospiciendum  
sit novorum  
Scriptorum  
electioni.

§. 4. In oltre essendo la collazione, e provvista degli Uffizj de' Custodi, e Scrittori riservata al Sommo Pontefice, ed essendo nelle dette lettere di Clemente XII disposto, che i secondi si conferiscano previo l'esame dei concorrenti, non solo sopra l'intelligenza delle rispettive lingue, ma anche sopra la perizia di scriverle in caratteri nitidi, e ben formati; aggiungiamo a ciò, che in caso di vacanze dei detti Uffizj de Scrittori, debba intimarsi il concorso pubblico in un giorno determinato, da tenersi avanti il Cardinale Bibliotecario di Santa Chiesa, coll'assistenza dei due custodi, e quando si tratti di vacanze di Uffizj di Scrittori delle lingue Orientali, coll'assistenza ancora dei lettori di quelle lingue, di cui si tratta, che attualmente saranno sì nell' Archiginnasio detto della Sapienza, che nel Collegio detto di Propaganda Fide, e seguito che sia l'esame de' concorrenti, debba il detto Cardinale fare la relazione al Sommo Pontefice, il quale scieglierà tra gli approvati, quello, che stimerà più atto, per conferirgli l'Uffizio.

Custodes, al-  
que scriptores  
assiduum ope-  
ram prebere  
tenentur in Bi-  
bliotheca.

§. 5. Comandiamo poi ai due Custodi, e specialmente al primario, o maggiore di essi, che invigilino alla giornata, che gli scrittori siano diligenti ad intervenire alla Biblioteca nei giorni prefissi, e si trattengano al servizio di essa per tutto il tempo che conviene, e che durante la loro dimora, non attendano ad altri studj particolari, e di loro elezione, senza es-

pressa licenza del Cardinale Bibliotecario, ma debbano impiegarsi in quello che verrà loro prescritto dal primo Custode, confacente all' utile e servizio della medesima Biblioteca, ed all' Uffizio de' Scrittori, che professano, come sarebbe il fare, o sia continuare l'Inventario, ed Indice de' Codici manoscritti, e stampati, il trascrivere, e copiare quei Codici, i quali per la loro antichità potessero patire detrimento, il collazionare i diversi Codici dell' istess' opera di qualche Santo Padre, il tradurre dalle lingue estere nella latina le opere inedite de' medesimi Santi Padri, o di autori insigni in qualche scienza, o appartenenti all' Istoria Ecclesiastica, o ai dogmi della Santa Fede Cattolica, e finalmente in ogni altra cosa, che fosse ordinata da Noi, e da' Nostri successori immediatamente, o per mezzo della Segreteria di Stato.

§. 6. Ed affinché altri, fuori de' Ministri della Biblioteca, non si intromettano in essa con disturbo de' Ministri medesimi, nè si faccia lecito di copiare, o leggere i Codici, o altri manoscritti, per giuste e ragionevoli cagioni, che muovono l'animo Nostro, espressamente comandiamo sotto le pene ad arbitrio Nostro, e de' Nostri successori, che niuna persona, anche degna di speciale menzione, possa sotto qualunque pretesto trattenersi nella Biblioteca per ivi leggere, e molto meno copiare i Codici, o manoscritti, o altri libri di sorte alcuna, e di qualunque materia, nè il Cardinale Bibliotecario, e molto meno i Custodi, e Scrittori, possano senza espressa licenza Nostra, e de' Nostri successori, dare tal comodo, ma solo per brevissimo tempo esibire ai forastieri, ed agli esteri quei Codici, che si sogliono mostrare per loro erudita soddisfazione; in caso poi, che ad alcuno da Noi, o da' Nostri successori si stimassè di concedere simile licenza, che dovrà essere precisa, e determinata ad un particolare effetto, dovrà essere concessuta per mezzo di viglietto della Segreteria di Stato: molto più poi sarebbe punibile, se alcun Ministro della Biblioteca ardisse ricavar, ed estrarre da essa, notizie, e scritture ad istanza di qualche persona estranea; poichè in tal parte, sotto le stesse pene a Nostro arbitrio, espressamente comandiamo, che gli Uffiziali, e Ministri tutti della Biblioteca siano considerati, come si è disposto delle persone estranee, e che per comunicare agli altri qualunque notizia, o copia

Nemini, licet  
privilegiatissi-  
mae personae, li-  
cent Codices,  
librosque per-  
legere, absque  
Pontificis in-  
dulto per Se-  
cretariam sta-  
tus elargiendo.



de' libri, o documenti della Biblioteca, debbano avere l'espressa licenza Nostra, e de' Nostri successori, con simile viglietto della Segreteria di Stato. Da tale proibizione peraltro solo debba essere esente il Prefetto, e Custode dell' Archivio segreto Vaticano, al quale, se occorra per debito del di lui officio, e servizio della Sede Apostolica, di osservare, leggere, e copiare alcun libro, codice, o volume della Biblioteca, sopra di che si debba stare alla di lui assertiva, ordiniamo che si debba dare tutto il comodo per ciò fare, purchè ciò faccia da se stesso, e solo, e specialmente che se gli comunichi l'inventario, ed indice della Biblioteca medesima.

§. 7. Rispetto alla deputazione degli altri Ministri cioè de due col titolo di legatori di libri, e degli altri due, che sono scopatori, o famuli, si osservi l'antico costume, che i due primi si deputino dal Cardinale Bibliotecario, o Protettore, i secondi poi siano deputati dal Custode primario, o sia maggiore; in vigore delle rispettive deputazioni gli uni, e gli altri siano posti al ruolo del Palazzo Apostolico; nè senza mancanza, o demerito, si rinviano dall'impiego.

§. 8. Ed essendo che tutti gli Uffiziali, e Ministri della Biblioteca sono nel detto ruolo del Palazzo Apostolico, nel quale, dopo le concessioni loro fatte de' Brevi, o dopo le deputazioni, come sopra, seguite, vengino posti, e ricevono immediatamente dal detto Palazzo le rispettive mesate: ed avendo in oltre la Biblioteca dal medesimo Palazzo Apostolico un'assegnamento di annui scudi ottanta moneta romana da impiegarsi in carta, inchiostro, penne, cartapecore, ed ogni altro bisognevole per uso de' custodi, scrittori, legatori de' libri, scopatori, o famuli, e per servizio della Biblioteca: Ed altresì avendo il detto Clemente predecessore ordinato, che tutti i lavori che riguardano il materiale della Biblioteca, e ornato della medesima, si riferissero dal Custode primario o maggiore a Monsig. Maggiordomo, il quale facesse compire a tali lavori per conto del Palazzo Apostolico; rimaner deve perciò libera per l'acquisto e compra de' nuovi libri, la intiera dote, e l'annua rendita della stessa Biblioteca assegnata perpetuamente alla medesima dalla fel. mem. di Paolo V. anche Nostro predecessore.

§. 9. Pertanto colla presente ordiniamo, che i detti annui scudi ottan-

ta si paghino in due rate, di sei in sei mesi, dal detto Palazzo Apostolico al Custode primario o maggiore, il quale sia tenuto depositarli nel banco di S. Spirito, in credito della Biblioteca Vaticana, ed a libera disposizione dell'istesso Custode primario o maggiore, per essere impiegati nelle spese occorrenti, senza che sopra detta annua prestazione si possa fare assegnamento ad alcuno; debba però il detto Custode fare la nota da esso sottoscritta delle dette spese, e presentarla al Cardinale Bibliotecario.

§. 10. In quanto poi ai lavori da farsi dagli artisti, cioè muratore, ventraro, ferraro, falegname, pittore, e simili, espressamente comandiamo, che non possano essere ordinati, nè dal Cardinale Bibliotecario, nè dai Custodi, agli artisti medesimi; ma che l'istanza perchè siano fatti tali lavori, debba farsi dal Custode primario o maggiore al detto Maggiordomo, il quale riconosciuto che avrà il bisogno, o l'utilità di tali lavori, darà gli ordini opportuni per l'esecuzione de' medesimi.

§. 11. Finalmente ordiniamo, che la detta dote, ed annua rendita assegnata come sopra dal detto Paolo predecessore, s'impieghi tutta nell'acquisto de' libri manoscritti, e stampati, che si crederanno confacenti per la detta Biblioteca. Vogliamo però che non sia in arbitrio nè de' soli Custodi, nè del solo Cardinale Bibliotecario, o Protettore il fare alcun acquisto e compra di essi, ma in ogni caso si considerino i libri, e le note di essi dal detto Cardinale, e dalli due Custodi, coll' intelligenza de' quali dovrà seguire l'acquisto, e compra di tutti, o parte de' libri, che si propongono: il che debba intendersi di spese mediocri e limitate, poichè se si trattasse di spesa, che eccedesse la somma di scudi trecento moneta romana, in tal caso si debba sentire la volontà Nostra, e de' Nostri successori. Inoltre che tutte le somme provenienti dalla detta dote, ed annua rendita, si debbano depositare in conto distinto nel detto Banco, a credito della stessa Biblioteca, e a disposizione unitamente del Cardinale Bibliotecario, e del Custode primario, o maggiore: ed ordiniamo, che i pagamenti da farsi per tali compre, o siano inferiori alla detta somma di scudi trecento, o anche superiori alla medesima, di modo che vi sia stato l'oracolo Nostro, o de' Nostri successori, tutti debbano farsi per mezzo di ordini sottoscritti non

currentis quodidians Bibliotheca impensis.

Pontificii Palatii Praefectus novis perficientis operibus incumbat.

Prescribitur methodus servanda in emptione novorum Librorum, Codicum, atque similium pro Vaticana Bibliotheca.

Antiqua methodus servanda in inferiorum Insuperiorum electione.

Redditus a Paulo V. assignati pro Vaticana Bibliotheca, integre in novorum Librorum emptione erogandi sunt.

Modus servandus prooc-

meno dal Cardinale Bibliotecario, che dal Custode primario, o maggiore; E perciò tutti i mandati di procure, ed altri atti necessarj per le esazioni, e rispettivamente per le quietanze per le somme che si pagano della detta dote ed annua rendita, dagli affittuarj, agenti, procuratori, o altri debitori, debbano essere sottoscritti tanto dal medesimo Cardinale Bibliotecario, come dallo stesso Custode primario, o maggiore; volendo che resti a cura di questo, ed a suo pericolo, il far segnare puntualmente i depositi delle somme, che si riscuotono; ed altresì debba nell'archivio della Biblioteca porre, e custodire le copie di tutti gli ordini, istromenti, e liste di spese, delle quali tenga un esatto registro sottoscritto da esso, e coll' approvazione del detto Cardinale Bibliotecario.

Triennio quo-  
vis reddituum,  
et expensarum  
ratio habenda,  
et Pontifici  
exhibenda illarum notula.

§. 12. Per compimento di tali ordinazioni, ed affinché Noi, ed i Nostri successori, possiamo, e possano avere una piena contezza dello stato economico della Biblioteca, e secondo esso risolvere di fare nuovi acquisti in vantaggio della medesima, ordiniamo ancora, che ogni tre anni, da incominciare a decorrere dalla data della presente, si debba fare un' esatto bilancio dei conti, si delle rendite, come delle spese, e rispettivamente degli avanzi della detta Biblioteca, facendosi in esso due conti distinti, uno, cioè, sopra le rendite assegnate per i nuovi acquisti, a confronto delle quali si debbano porre le spese di codici, e libri, che con le regole sopra prescritte fossero state fatte in quel triennio: l' altro poi dell' assegnamento fatto per le spese minute occorrenti, colle partite all' incontro delle spese fatte, secondo le giustificazioni, ch' avrà nelle mani il Custode primario, o maggiore. Un esemplare poi di tale Bilancio, che riguardi amendue i conti, sottoscritto dallo stesso Custode, nel termine dello stesso triennio, si debba esibire a Noi, ed a Nostri successori.

Benedictus  
XIV. nonnulla  
peculiariter  
statuit quoad  
custodiam Sa-  
crorum Museo-  
rum Vaticanarum  
Bibliothecarum,  
et curatorum.

§. 13. Sembrerebbe fosse colle sopra espresse ordinazioni pienamente provveduto alla direzione della Biblioteca ed amministrazione di essa: ma essendo, che la sa: mem: di Benedetto XIV. Nostro immediato predecessore, alle due estremità del Corridore aggiunto al Vaso della Biblioteca Sistina, pose due Musei, cioè alla parte settentrionale del detto Corridore, il Museo della bo: mem: del Cardinale

Gaspares Carpegna; ch' è una copiosa raccolta di antichi monumenti sì Cristiani, che Gentili: L' altro poi, ch' è tutto Sacro e Cristiano, composto da varj monumenti de' Cristiani, che da diversi luoghi per ordine del medesimo Benedetto predecessore sono stati estratti; e dalla copiosa raccolta che fatta aveva il Commendatore Francesco Vettorj Nobile Romano coscritto, il quale, dopo averne illustrati tutti i monumenti con una accurata ed erudita descrizione, la offerì al detto Pontefice; e da altra raccolta già fatta dal Senatore Filippo Buonarroti, e comprata dal detto Benedetto predecessore, fu con vago e nobile ornato posto, e chiuso alla parte meridionale del detto Corridore, con intenzione, però ( come si raccoglie da una Cedola sottoscritta dal medesimo Benedetto predecessore in data de' xxx Settembre MDCCLVII. ) che in questo istesso sito dovesse poi trasportarsi anche il suddetto Museo del Cardinale Carpegna: Ordinò in oltre, che il detto Commendatore Francesco Vettorj, a cui per contrassegno della sna liberalità assegnati aveva scudi cento il mese, sua vita naturale durante, fosse Prefetto, e Curatore del detto Museo Sacro, e gli permise che colla licenza, ed autorità del Maggiore duomo pro tempore del Palazzo Apostolico, ed a spese del medesimo Palazzo, potesse alle occasioni, che si presentassero, acquistare altri Sacri monumenti: E comandò ancora, che del detto Museo Sacro si facesse un rigoroso Inventario e descrizione, colla presenza del detto Commendatore Vettorj, e di un ministro della Biblioteca, invigilando il Cardinale Bibliotecario, e Monsignor Maggiore duomo, che in esso ogni cosa del Museo fosse notata e descritta: in oltre per l' accesso al Museo medesimo, ordinò che si desse in ogni tempo l' adito al detto Commendatore Francesco Vettorj, come Prefetto, e curatore, e nulladimeno vi fosse anche uno de' Ministri della Biblioteca, eletto dal Cardinal Bibliotecario, che ne ritenesse una chiave, e potesse mostrarlo agli eruditi, e forestieri; con espressa dichiarazione peraltro, che tanto l' impiego di Prefetto, e curatore del detto Museo, quanto l' assegnamento per liberalità, come sopra, fatto al detto Commendatore Vettorj, dovessero durare soltanto a vita di lui, e che dopo la sua morte si estinguesse l' uno, e l' altro, e restar dovesse il Museo sotto la cura del Cardinale Biblioteca-

rio: La mente però e volontà espressa del detto Benedetto predecessore, ancorchè confermata fosse con sue Lettere Apostoliche nel Mese di Ottobre susseguente, non è stata eseguita, e rimangono le cose in quello stato, in cui erano, allorchè fu fatta, e sottoscritta la suddetta Cedola.

Littere Benedicti XIV, quoad bina Musea Bibliothecae Vaticanae admodum moderantur, et peculiariter quod utrumque Museum disponitur.

§. 14. Dovendo pertanto Noi, si per proseguire, e compire il regolamento propostoci, come ancora per eseguire in quello, che si può, la degnamente del detto predecessore, fare rispetto all'uno, e l'altro Museo le opportune ordinazioni: dopo aver Noi impiegata la Nostra cura, e sollecitudine nel far intieramente coprire il lato settentrionale, del detto Corridore con un nuovo portico, rendendo così compita la Galleria del Palazzo Vaticano, ed insieme preservata dai danni delle piogge, ed altre ingiurie de' tempi la stessa parte del sottoposto Corridore, e conseguentemente il vaso, nel quale fin' ora è stato conservato il Museo del detto Cardinale Carpegna, dove non piccoli pregiudizj erano stati dalla umidità cagionati: colla presente Nostra cedola, avendo già considerato, non essere per varj motivi praticabile l'unione del Museo del detto Cardinale Carpegna all'altro Sacro, ma doversi il primo mantenere del tutto separato; moderando perciò in tal parte la cedola del detto Benedetto predecessore, e le Lettere dal medesimo sopra essa spedite; di Nostro moto proprio, e colla Nostra autorità, espressamente ordiniamo, che il Museo del detto Cardinale Carpegna sia mantenuto illeso, e senza diminuzione alcuna nel detto Vaso all'estremità del lato settentrionale del detto Corridore: E quanto al Museo sacro posto all'altro lato del medesimo Corridore, nuovamente ordiniamo, che si faccia quanto prima il detto inventario, ed esatta descrizione di esso Museo, coll'assistenza di Monsignor Maggiordomo, del Custode primario, o maggiore della Biblioteca, e del detto Commendatore Francesco Vettorj Prefetto, e curatore del medesimo Museo, dai quali, dopo che sarà compito il detto inventario, e descrizione, dovranno esserne sottoscritti due esemplari, l'uno per essere riposto, e custodito nell'Archivio della Biblioteca, e l'altro da rimanere presso il detto Commendatore Vettorj, a cui espressamente incarichiamo, in occasione che siano per farsi nuovi acquisti di monumenti della Cristiana anti-

chità, il darne sollecitamente avviso al Custode primario della Biblioteca, e procurare che ne venga aggiunta, nell'uno e nell'altro esemplare dell'inventario, l'indicazione corroborata dalle nuove sottoscrizioni di ambedue. Le chiavi poi del Museo sacro, e della porta del vaso, o adito di esso, si ritengano non solo dal detto Commendatore, fintanto ch'Egli sarà per vivere, ma ancora dal detto Custode primario, o maggiore, o da un ministro della Biblioteca di sua fiducia, acciocchè l'uno e l'altro possa mostrarlo; con questo di più, che al detto Commendatore si debba dare libero l'accesso per andare ne' tempi opportuni al detto Museo.

§. 15. Intanto per mantenere l'integrità dei detti Musei, ed evitare ogni distrazione de' medesimi, colla stessa Nostra Pontificia autorità, proibiamo sotto pena di Scomunica, ch'è *laetæ Sententiæ*, a Noi, e Nostri successori riservata; che, sotto qualsivoglia pretesto, niuno possa estrarre, togliere, o trasportare, o con dolo rompere alcuna piccola parte delli detti Musei, e delli nuovi acquisti, che pel detto Museo sacro forse si faranno, nello stesso modo e forma, che per i libri della Biblioteca da Noi, e da' Nostri predecessori è stato disposto.

Excoinnunatio contra aliquod extrahentes ex memoria Musaeis.

§. 16. Le spese poi, che per l'acquisto di alcun nuovo monumento, in aumento del detto sacro Museo, saranno per occorrere, dovendosi fare dal Palazzo Apostolico, si significhino a Monsignor Maggiordomo pro tempore, il quale coll'oracolo Nostro, e de' Nostri successori, risolverà, se debbano farsi, e compirà alle medesime nello stesso modo, come si è disposto per le spese della Biblioteca.

Quando prospiciendum novis expensis pro altero ex dictis Musaeis.

§. 17. In fine, concorrendo anche la Nostra liberalità, e beneficenza con quella del detto Benedetto predecessore, confermiamo pel detto Commendatore Francesco Vettorj l'uffizio di Prefetto, e curatore del Museo sacro, ed il suddetto annuo assegnamento, finchè egli sarà per vivere: ma al tempo stesso ordiniamo, che l'uno, e l'altro rimanga estinto colla morte di esso, nè in appresso possa deputarsi altro Ufficiale, nè darsi altro assegnamento, neppure di una minima somma, ma il detto Museo sacro sia per essere custodito conforme si è disposto di tutta la Biblioteca.

Munus Praefecti Musaei Sacri a Benedicto XIV. institutum post obitum moderati Praefecti supprimatur, et extinguatur.

§. 18. Decretiamo pertanto, e dichiariamo espressamente, che alla presente cedola di Nostro moto proprio,

Clausula sublati, et decretum irritans,

benchè non esibita nella Camera Apostolica, ne registrata ne' suoi libri, non possa mai darsi, o opporsi di surrezione, orrezione, o alcun altro vizio o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti, quantunque validi, validissimi, e giuridichi, anche di jus quesito, e pregiudizio del terzo, possa la medesima essere impugnata, moderata, e rievocata, ridotta ad viam juris, o concedersi contro di essa l'aperizione oris, o qualunque altro rimedio: e che così, e non altrimenti, debba sempre, ed in perpetuo giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, tribunale, e congregazione, specialmente dal Maggiorduomo pro tempore del palazzo Apostolico, e qualunque altro; togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di poter definire, e decretare in contrario: dichiarando Noi fin d' adesso preventivamente nullo, irritato, ed invalido tutto ciò, che da qualunque qualsivoglia autorità, o con avvertenza, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse di giudicare contro la forma, o disposizione della presente Nostra cedola di moto proprio; la quale vogliamo, che valga, e debba aver sempre, ed in perpetuo il suo pieno effetto, e perciò incarichiamo il nuovo Cardinale Bibliotecario, che con la sua cura e vigilanza faccia, che le Nostre disposizioni, e tutto ciò, che si contiene nella presente cedola, sia eseguito, ed osservato dai custodi, scrittori, e ministri della detta Biblioteca, e rispettivamente dal Prefetto, e curatore del suddetto Museo, e da qualunque altro, a cui si appartiene; volendo Noi, che tutto il sopra espresso abbia la sua piena esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi siano state chiamate, o sentite qualsivoglia persone, che avessero o pretendessero avere interesse nelle presenti Nostre disposizioni, ed ordini, e che per comprenderle fosse bisogno di speciale menzione.

Derogatio contrarium.

§. 19. Non ostante, quando faccia di bisogno, la costituzione di Pio IV. anche Nostro predecessore, de registrandis, e le suddetta cedola, e le lettere sopra nominate del detto Benedetto predecessore, e così ancora la regola della Nostra cancellaria de jure quesito non tollendo, e non ostanti parimenti qualsivoglia altre costituzioni, ed ordinazioni de' Nostri predecessori, o qualunque uso, stile, e consuetudi-

ne, ad ogni altra cosa, che facesse, o potesse essere in contrario; Alle quali tutte e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola, inserito, e registrato, e supplendo colla pienezza della Nostra potestà Pontificia, ad ogni vizio, e difetto, quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire; per questa volta sola, e per la piena e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra cedola di moto proprio, ampiamente, ed in ogni più valida forma deroghiamo.

§. 20. Vogliamo poi, che la presente Nostra cedola originale da Noi sottoscritta, si conservi perpetuamente nell'Archivio della detta Biblioteca, e che agli esemplari anche stampati di essa, sottoscritti dal Cardinale Bibliotecario, e dal detto Custode primario, o maggiore, col sigillo dell' uno, o dell' altro, si abbia da tutti piena fede, come se si esibisse la cedola originale: E finalmente che un esemplare di essa si conservi dal Maggiorduomo del palazzo Apostolico, ed un altro si affigga nella detta sala anteriore della Biblioteca, a lato delle suddette lettere in forma di breve del detto Clemente predecessore, affinchè a tutti siano noti i Nostri ordini, nè si possa allegare l' ignoranza de' medesimi, e siano pienamente eseguiti. Dato dal nostro Palazzo di Monte Cavallo questo dì iv agosto MDCCLXI.

Fides habenda hujus Pontificie Cedulae exemplis.

Dat. die 19 Septembris 1761. Anno IV.

CCXC.

Firmana Congregatione suppressa, Civitatis Firmii, illiusque Provinciae administratio, tum judicialis, tum economica ad istar aliarum Civitatum ditionis Pontificiae equiparatur.

*Gubernationem, et privativum iudicandi jus, pro Civitate, et Statu Firmano Cardinali pro tempore Summi Pontificis Nepoti, quem Cardinalem Patronum nuncupabant, tribuit Eugenius IV. peculiari sua Constitutione. Hanc substulit de medio, et revocavit Innocentius XII. qui specialem eidem Cardinali Patrono Congregationem suffecit in Urbe residentem, per Literas in forma Motus-Proprii diei 3. Jan. 1693. quarum neutra in Mainardii Bullario relata fuit. At Congregationi praedictae novam formam constituit Benedictus XIV. Const. Anni 1740 Septembris 20. Cui reformatae Congregationi jus privativum spectare quoad Gubernium tam politicum, quam oeconomicum Civitatis, et Comitatus Firmi declaravit Constitutione altera anni 1746. Septembris 6. Quae duo posteriores impressae reperiuntur in Bullario Benedictino.*

Clemens PP. XIII.

Servus Servorum Dei  
Ad perpetuam rei memoriam

Enumerantur incomoda obvenientia ob existentiam peculiaris Congregationis Firmianae nuncupate.

§. 1. Cum ex potiores sint iustitiae partes, quibus jus suum cuique absque ulla dilatione tribuitur, ac maxime subditorum felicitati conducatur, celeris expeditio publicarum, privatarumque causarum; non sine gravi animi maerore audivimus, ob perniciosam cunctationem in Nostra Civitate, et Statu Firmano, iustitiae et subditis quamplurima damna obvenire: Quapropter rationes, ob quas id contingeret perscrutantes, animadvertimus, malum huiusmodi originem ducere ex regimine praefatae Civitatis et Status, quod totum est penes peculiarem Congregationem, quae quidem (licet optimis dispositionibus a praedecessoribus Nostris constituta) raro et difficillime convenire potest, vel quia graviores curae, et negotia viros illos, quibus Congregatio constat ditrahunt, ac distinent, vel quia congrua copia materiae proponenda non suppetit; ex quo fit ut etiam

*Bull. Rom. Tom. II.*

res, quae expediri possent, et sedulo postularent, in longum plus aequo protrahantur.

§. 2. Haec siquidem Congregatio a fel. record. Innocentio Papa XI, praedecessore Nostro primitus instituta fuit, quum sublato titulo, et auctoritate Cardinalis Patroni nuncupati, cujus peculiari jurisdictioni, jam inde ab Eugenio IV. Nostri pariter praedecessoris tempore, ejusdem Civitatis et Status regimen subiciebatur, praedicti Cardinalis loco particularem Congregationem, quam Cardinalis ditionis Pontificiae Administrator, Praesulesque aliquot constituerent, statuere opportunum esse duxit, eique easdem facultates pro Civitate Firmana, ejusque Statu tribuit, quas Sixtus V. praedecessor etiam Noster S. R. E. Cardinalibus Congregationem super consultationibus negotiorum Status Pontificii constituentibus, pro reliquo S. Sedis Apostolicae temporali dominio concesserat.

§. 3. Ita praefata Congregatio se habebat, cum fel. rec. Bened. PP. XIV. Noster immediate praedecessor ad Ecclesiae regimen assumptus fuit. In aedibus Cardinalis Pontificiae ditionis Administrati cogebatur, conveniebantque ad illam Auditor pro tempore existentis Romani Pontificis, dictae Congregationis super consultationibus Status Secretarius, duoque ejusdem Congregationis Praelati Ponentes, Secretarius Congregationis boni Regiminis, et Advocatus Camerae Apostolicae Fiscalis generalis: verum cum idem Benedictus praedecessor, sive quia Praelati Ponentes Congregationi consultationibus dicti Status praepositae, propter plurima negotia bis in hebdomada haberi solitae interessentes, quo par erat ordine, huic peculiari Congregationi sedulam operam praestare non poterant, sive ob frequentem eorumdem Praelatorum mutationem, res in eadem discutiendas in diuturniorem dilationem protrahi, causasque jam semel decisas, gravi aequitatis, et clientum detrimento, iterum novo examini subjiciendas esse perspiceret; Congregationis hujus auctoritatem abrogandam opportunum censuit, aliamque suffecit Congregationem, quae ex eodem Cardinali Pontificiae ditionis Administrato, ex Auditore Romani Pontificis pro tempore existentis, uno ex Auditorii causarum Palatii Apostolici Auditoribus, nec non uno itidem ex Clericis Camerae Apostolicae praesidentibus, ac uno quoque ex Signaturae Iustitiae Votantibus, qui munus Secretarii im-

Sublato Cardinali Patrono, cui Civitas, et Comitatus Firmianae subiciebantur, Congregatio Firmana fuit primum creata

Benedictus XIV. Firmanam Congregationem reformavit, peculiaremque illius jurisdictionem praeservavit.

pleret, ac ex eodem Advocato Fiscali, cum voto consultivo, constaret, quibus omnibus relatores adjunxit pro causis criminalibus, jure sibi suadens, ut hac nova methodo, absurda quævis penitus tollerentur, prout ex ejus literis in forma Brevis sub Datum diei xx. Septembris MDCCXL. emanatis fusius ac clarius apparet.

Prælaudatus  
Benedictus  
XIV. contro-  
versias jurisdic-  
tionales inter  
Firmanam  
Congregationem  
et aliasque  
direxit.

§. 4. Ulterius quoque progressa est Benedicti prædecessoris prædicti sollicitudo, quoniam Anno MDCCXLVI., sub datum viii. Id. Septembris suam promulgavit Constitutionem, quæ veterem inter Congregationem Boni Regiminis, et Congregationem Firmanam penitus diremit controversiam, quæ circa jurisdictionem in causis ad res æconomicas spectantibus versabatur, declaravitque, dictam Congregationem Firmanam in rebus æconomicis, eisdem omnibus pollere facultatibus, ab aliis Nostris prædecessoribus in notis, et per vulgatis Constitutionibus Congregationi Boni Regiminis concessis; quia vero ejus præcedens Constitutio celeris negotiorum expeditionis effectum non fuerat consequuta, decrevit ut eadem Congregatio Firmana imposterum quolibet mense cogeretur.

At persistentia Firmanæ  
Congregationis  
incomoda ad  
negotia celeriter  
expedenda  
videbatur.

§. 5. Hasce tamen providas dispositiones optatus exitus haud est subsequutus, quoniam statutis temporibus, ob rationes præfatas, Congregationes habitæ non fuerunt, ac proinde solita cunctatione res, tam politicæ, quam criminales, et æconomicæ neglectæ jacuerunt. Cum vero experientia rerum omnium magistra nos doceat; quam felici cursu ad finem negotia perducantur in reliqua Nostra ditione Ecclesiastica, cujus regimen in rebus criminalibus, et politicis ad Nostram Congregationem super consultationibus dicti Status præpositam, in rebus autem æconomicis ad Nostram Congregationem Boni Regiminis spectat, quæ quidem, cum certis, et statutis diebus semper haberi soleant, ab utraque negotia, quæ identidem conficienda occurrunt, absque ulla mora expediuntur; ut Nos ipsi sæpius perspeximus quoad Congregationem super consultationibus Status, cum adhuc minoribus ageremus; nullum propterea efficacius, ac opportunius remedium afferri posse existimavimus rebus hisce male compositis, quam Civitatem ac Statum Firmanum subjicere, ad instar aliarum illusiorum ac spectabiliorum Civitatum Nostræ Ditionis, præfatis Congregationibus, prout res et negotia ad alterutram pertinere contigerit.

§. 6. Quapropter Motu proprio, certa scientia, et de plenitudine Apostolicæ Potestatis, hac Nostra perpetuo valitura Constitutione, Congregationem Firmanam, ut præfertur constitutam, cum omnibus Officialibus et Ministris, quibus constat, prorsus tollimus, ac delemus, atque volumus, et jubemus, Civitatem, et Statum Firmanum in posterum plane subjici Nostris Congregationibus super Consultationibus Status Nostri, et bono Regimine quæ exercere debent, unaquæque pro suo munere jurisdictionem in eadem Civitate et Statu Firmano, ad normam, et dispositionem Constitutionum Apostolicarum; ideoque mandamus et præcipimus, ut illæ causas, et negotia jam introducta, recursusque habitos in statu et terminis, in quibus actu reperiuntur, suscipiant et tractent, rectaque ratione, ac methodo conficiant, decidant, et absolvant, volumusque omnia scripta, acta, processus, et folia quæcumque, quæ modo in Archivio et Secretaria Congregationis Firmanæ existunt, ad Archiva et Secretarias dictarum Congregationum transferantur, habita ratione pertinentium rerum, et materiarum. Atque ob id Prælati ambarum dictarum Congregationum a Secretis munere fungentes, simul convenient cum Prælato, qui munere Secretarii Congregationis Firmanæ hactenus obivit, ut præmissa, absque cunctatione aliqua, exacte adimpleantur.

§. 7. Et quoniam per Cedula Nostram Motus proprii die xxx. Januarii verentis Anni, Civitati Firmanæ, aliisque Communitatibus illius Status, certam taxam imposuimus, (quam hactenus in suo robore consistere volumus, et quatenus opus sit, denuo confirmamus et approbamus) ut augetur numerus exequutorum, sine quibus debitum præsidium justitiæ deesset in tam spatiosa et ampla Præfectura: Quum nova norma, quam præsentem Constitutione præscribimus, plurimi sumptus, qui ab eadem Civitate, aliisque Communitatibus, pro præfata peculiari Congregatione, et pro quacumque alia causa non amplius necessaria, antea impendebantur, supervacanei evadant, id oneris præcipue incumbere volumus Congregationi Boni Regiminis, ut cognita singularum expensarum causa, superfluas, prævia Nostra scientia et approbatione, expensas imminuat, ad levamen et utilitatem præfate Civitatis, aliarumque Communitatum, habita ratione tributi impositi ob dictas taxas exsolvendas.

Clemens XIII.  
Firmana Congregatione  
suppressa, Civitatem,  
Comitatumque eisdem  
legibus regi jussit  
quam cetera Ecclesiastici  
status Provinciae.

Peculiarem  
de reductione  
expensarum rationem  
haberi debere a Sacra  
Congregatione  
Boni Regiminis  
mandat.

Clausula sublatam, et decretum irritum.

§. 8. Decernentes, præsentem Litteras, et in eis contenta, semper firmas, validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, nec de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam substantiali, ac formali, necessariamque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, aut in controversiam revocari, vel ad terminos juris reduci, nullatenus unquam posse, sed sic, et non aliter, per quoscumque Judices, etiam S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de latere Legatos, ac eorundem S. R. E. Cardinalium Congregationes, Vicelegatos, et alios quoslibet, quacumque præeminentia et potestate fungentes, et functiones, sublatam eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac præfatorum Innocentii, et Benedicti prædecessorum, ac quibusvis aliis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus etiam opus sit, dictæ Civitatis Firmanæ, illiusque Status, Castrorum, atque Locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, stilis, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis dictæ Congregationi Firmanæ, ut præfertur deletæ, etiam in limine illius erectionis, sub quibuscumque verborum tenoribus et formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, in genere vel in specie, aut alias quomodolibet, in contrarium præmissorum, concessis, confirmatis, atque innovatis: Quibus omnibus et singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, et for-

*Bull. Rom. Tom. II.*

ma in illis tradita observata exprimerentur, et infererentur, præsentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes; illis alias in suo robore permauris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse, ac latissime, et plenissime, motu et scientia prædictis, ac potestatis Nostræ plenitudine derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostræ deletionis, sublationis, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majoram, Anno Incarnationis Dominiæ MDCCLXI., Tertiodecimo Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno quarto.

Sancio poenalis.

CCXCI.

Dat. die 7.  
Septemb. 1761.  
Ann. IV.

Tribunali Gubernatorum Civitatis Perusiæ declaratur nullam jus esse iudicandi in figura Signaturæ, illique interdicitur cognoscendi in causis appellationum, tam in sententiis Laicos spectantibus, quam in iis, quæ Ecclesiasticos respiciunt.

Motu Proprio

§. 1. **C**i fu rappresentato per parte della Nostra Città di Perugia, che sebbene i di lei Governatori per più di due secoli abbiano sempre proceduto in figura di Segnatura ai ricorsi, ed appellazioni nelle cause civili de' Tribunali tanto Ecclesiastici, che Secolari di varj luoghi, e Città dell'Umbria, si mossero taluni, pochi anni sono, a controvertere una tal giurisdizione con ricorrere alla Segnatura di Roma per la circoscrizione de' loro decreti; e siccome venivano di mano in mano ammesse sì fatte istanze in distruzione di una prerogativa, che è la più illustre, che la Città medesima possa avere, ebbe ella per espediente di ricorrere alla fel. me. di Benedetto XIV. Nostro predecessore, perchè si degnasse di ordinare, che i suoi Governatori fossero mantenuti nel possesso di una giurisdizione, che da tanto tempo avevano esercitata pacificamente; ma per la morte sopravvenuta del prelodato Nostro prede-

Recensetur antiqua praxis iudicandi in figura Signaturæ turbata recens possessio, et recursus ad Pontificem pro mantenentia obtinenda.

cessore non avendo ciò potuto avere il suo effetto ricorse a Noi nell' anno scorso , rinnovando le sue suppliche con altrettanto di vigore , quanto maggiore era il pregiudizio , che col tratto del tempo andava sempre più soffrendo. Noi penetrati dall' amore della giustizia , e mossi anche da quei riguardi , che c' impegnano di sostenere i dritti di una Città delle più illustri del Nostro Stato Ecclesiastico , e per molti titoli benemerita alla S. Sede , volentieri ricevemmo le suppliche medesime per conoscerne i meriti.

Requisito illustrium Praetorum voto, declaratur, non esse Perusinis gubernatoribus jus Signaturae tribuendum.

